

# ACTES

DE

# S. S. PIE XI

Encycliques, Motu Proprio, Brefs, Allocutions,  
Actes des Dicastères, etc...

---

*Texte latin avec traduction française*

---

TOME VII

(Année 1931)



MAISON DE LA BONNE PRESSE

5, rue Bayard, Paris-8<sup>e</sup>





# *Bibliothèque Saint Libère*

<http://www.liberius.net>

© Bibliothèque Saint Libère 2011.

Toute reproduction à but non lucratif est autorisée.



# ACTES DE S. S. PIE XI



TOME VII

(Année 1931.)



Phot. Vasari.

## S. S. PIE XI

D'après le médaillon en mosaïque de Saint-Paul hors les Murs.

NIHIL OBSTAT

Lutetiae Parisiorum, die 16<sup>a</sup> maii 1936.

FR. PROTIN.

---

IMPRIMATUR

Lutetiae Parisiorum, die 17<sup>a</sup> maii 1936.

V. DUPIN,  
*v. g.*






PREMIÈRE PARTIE

---

ACTES DE S. S. PIE XI

ENCYCLIQUES, MOTU PROPRIO  
BREVS, LETTRES ET ALLOCUTIONS





# MOTU PROPRIO

de plumbeo sigillo Cancellariae  
Apostolicae innovando.

---

## PIUS PP. XI

Apostolicae Litterae pro beneficiorum et officiorum consistorialium provisione et pro aliis Ecclesiae maioribus negotiis conficiendis, ad normam Codicis iuris canonici (can. 260) e Cancellaria Apostolica expediuntur. Sollemniora huiusmodi acta, in pergamenam chartam transcripta, pluribus abhinc saeculis Romani Pontifices plumbeo sigillo seu bulla, unde acta illa *Bullae* etiam nuncupata sunt, firma ac rata facere consueverunt. Huius sigilli pars, quae imagines Apostolorum Principum exhibebat, si parva quaedam excipiantur quae praecipue ad eius structuram pertinebant, eadem fere semper permansit; altera vero novo quoque Pontificatu mutabatur, cum singulorum Pon-

---

# MOTU PROPRIO

concernant un nouveau sceau de plomb  
de la Chancellerie Apostolique.

---

## PIE XI, PAPE

Des Lettres Apostoliques pour la provision des bénéfices et offices consistoriaux et pour les autres affaires majeures de l'Eglise sont envoyées, suivant les règles du Code de Droit canonique (can. 260), par la Chancellerie Apostolique. Les Pontifes Romains ont la coutume, depuis plusieurs siècles, d'authentifier les actes plus solennels de cette catégorie, transcrits sur parchemin, par un sceau de plomb ou bulle, d'où le nom de *Bulles* leur fut donné. Une face de ce sceau, qui porte l'image des deux Principaux Apôtres, demeure presque toujours la même, si on excepte quelques détails se rapportant surtout à sa structure; l'autre varie à chaque nouveau Pontificat, puisqu'elle

tificum nomina ferret. Nos autem, quin veteri huic consuetudini derogemus, pro praecipua Nostra de officio ac decore Cancellariae Apostolicae cura, consentaneum censemus ut plumbeum sigillum, quod usque adhuc adhibitum est, non modo quoad structuram, verum etiam quoad amplitudinem ac pondus, quo expeditius mittantur Bullae, mutetur. Quapropter una cum dilecto filio Nostro Cardinale Andrea Frühwirth, S. R. E. Cancellario, re diligenter perpensa, libenti animo novum sigillum plumbeum, ad vetera elegantiora exemplaria confectum, nonnullisque quidem rebus opportune mutatis, a peritissimo artifice effingi iussimus. Nunc vero, cum exemplar, quod Nobis non pauca post experimenta oblatum est, probaverimus, utpote quod aptius videretur ad faciliorem efficiendam Bullarum expeditionem, idcirco his Litteris, motu proprio datis, volumus ac decernimus ut a die XII mensis Februarii, quo die, nono ante anno, in Vaticana Basilica Summi Pontificatus insignia sollemni ritu accepimus, sigillum hoc novum, a Plumbatore religiose custodiendum, uti sigillum Nostrum Pontificium in omnibus Cancellariae Apostolicae actis unice in posterum adhibeatur; idque dilecto filio Nostro Cardinali Cancellario curandum et exsequendum committimus. Quod vero a Nobis hisce Litteris

porte le nom de chaque Pontife. Sans que Nous dérogeons à cette ancienne coutume, Nous pensons toutefois, dans notre sollicitude pour la charge et le décorum de la Chancellerie Apostolique, qu'il est convenable que le sceau de plomb, qui fut jusqu'ici employé, soit transformé, non en ce qui regarde sa forme, mais quant à sa grandeur et à son poids, ce qui faciliterait l'envoi des Bulles. Aussi, après avoir soigneusement étudié la question avec Notre cher Fils Cardinal André Frühwirth, Chancelier de la S. E. R., Nous avons volontiers ordonné la confection, par un artiste expert, d'un nouveau sceau de plomb, d'après les anciens modèles les plus réussis, en y apportant les changements opportuns. Et voici que l'exemplaire, qui Nous a été proposé après plusieurs essais, pour que nous l'approuvions, comme étant le plus à même de faciliter l'expédition des Bulles, Nous ordonnons et décidons, par ces Lettres données *motu proprio*, que, du 12 du mois de février, jour où neuf ans auparavant Nous avons reçu dans la Basilique Vaticane, les insignes du Suprême Pontificat, il soit, ce nouveau sceau, religieusement conservé par le Plombier, et désormais uniquement employé pour tous les actes de la Chancellerie Apostolique, comme étant Notre sceau pontifical. Et Nous chargeons Notre cher Fils le Cardinal Chancelier d'en assurer l'exécution. Nous ordonnons

statutum est, id firmum ac ratum esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Ianuarii anno MDCCCXXXI, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI.

que ce qui est statué par Nous en ces Lettres, soit tenu comme ferme et valable nonobstant toutes choses contraires.

Donné à Rome près Saint-Pierre, le 18 du mois de janvier de l'an 1931, le neuvième de Notre Pontificat.

PIE XI, PAPE.



# NUNCIUM RADIOPHONICUM

## diei XII Februarii MDCCCXXXI.

---

*Ad universam creaturam.*

Qui arcano Dei consilio succedimus in loco Principis Apostolorum, eorum nempe quorum doctrina et praedicatio iussu divino ad omnes gentes et ad omnem creaturam (*Matth. xxviii, 19; Marc. xvi, 15*) destinata est, et qui primi in loco ipso mira sane ope Marconiana uti frui possumus, ad omnia et ad omnes primo Nos convertimus atque, hic et infra Sacro Textu iuvante, dicimus : Audite caeli quae loquor, audiat terra verba oris mei. (*Deuter. xxxii, 1 : Cant. Moys.*) Audite haec omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper. (*Ps. xxxviii, 1.*) Audite insulae et attendite populi de longe. (*Is. xxxix, 1.*)

*Ad Deum.*

Sitque primum verbum Nostrum : « Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. » (*Luc. ii, 14.*)

---

## MESSAGE RADIOPHONIQUE

du 12 février 1931.

---

*A toute créature.*

Etant par un secret dessein de Dieu successeur du Prince des Apôtres, de celui dont la doctrine et la prédication sont destinées, par ordre divin, à toute créature, et pouvant le premier Nous servir en ce lieu de l'œuvre admirable de Marconi, Nous Nous tournons tout d'abord vers tous les hommes et toutes les créatures, leur disant, ici et par la suite, avec l'aide du Texte sacré : Cieux, prêtez l'oreille à ce que je vais dire; que la Terre écoute les paroles de ma bouche. Ecoutez tous ceci, ô peuples : prêtez l'oreille, vous tous, habitants du monde, tous ensemble riches et pauvres. Entendez-moi : peuples lointains, soyez attentifs.

*A Dieu.*

Que ce soit Notre première parole : « Gloire dans les hauteurs à Dieu, et sur la terre paix aux hommes de bonne volonté. » *Gloire à Dieu,*

*Gloria* scilicet Deo, qui dedit, in diebus nostris, potestatem talem hominibus (*Matth.* ix, 8), ut vere in fines orbis terrae verba eorum pertingant (*Ps.* xviii, 5; *Rom.* x, 18); et *in terra pax*, ubi pro illo divino Redemptore Iesu legatione fungimur (*II Cor.* v, 20), qui veniens evangelizavit pacem, pacem iis qui longe et pacem iis qui prope (*Eph.* ii, 17), pacificans in sanguine crucis suae sive quae in terris sive quae in caelis sunt (*Col.* i, 20).

*Ad catholicos.*

Nobis autem ad homines Nos convertentibus praecipit Apostolus, ut operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. (*Gal.* vi, 10.) Iuvat igitur Nos istos omnes imprimis alloqui, eos nempe, qui, utpote in dominicam familiam et in dominicum ovile Catholicae Ecclesiae recepti et viventes, Nos dulci Patris nomine compellant, sacros Pastores et fideles, oves et agnos, quos omnes pascendos et regendos Nobis concredidit Pastor et Rex omnium Christus. (*Joan.* xxi, 15; *Matth.* x, 19.)

*Ad hierarchiam.*

Vos inquit conlaterales Nostros S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Praelatos et Sacerdotes per diversos hierarchiae gradus sollicitudinum Nostrarum quo-

---

qui, en ces jours, a donné aux hommes une telle puissance que leurs accents vont jusqu'aux extrémités du monde, et *paix sur la terre*, où Nous faisons les fonctions d'ambassadeur du divin Rédempteur Jésus-Christ, qui est venu annoncer la paix à ceux qui sont loin et à ceux qui sont près, réconciliant par le sang de sa croix tout ce qui est sur la terre et tout ce qui est aux cieus.

*Aux catholiques.*

En Nous adressant aux hommes, l'Apôtre nous commande de faire le bien à tous, mais surtout aux frères qui ont la foi. Il convient donc que Nous Nous adressions d'abord à tous ceux qui, membres vivants de la famille et du troupeau du Seigneur, l'Eglise catholique, Nous appellent du doux nom de père, aux pasteurs et aux fidèles, aux brebis et aux agneaux, à tous ceux que le Pasteur et Roi suprême Jésus-Christ Nous a chargé de paître et de guider.

*A la hiérarchie.*

Vous qui êtes Nos intimes collaborateurs, cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, patriarches, archevêques, évêques, prélats, prêtres à tous les degrés de la hiérarchie, objet principal de Notre constante

tidianarum obiecta praecipua, eosdemque laborum participes et adiutores.

Rogamus et obsecramus, ut unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat (*I Cor.* vii, 20), et ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis (*Eph.* iv, 1) : pascite qui in vobis est gregem Dei, forma facti gregis ex animo (*I Petr.* v, 2); ut cum apparuerit Princeps pastorum percipiatis immarcescibilem gloriae coronam. (*I Petr.* v, 3.) Interim autem Deus pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium in sanguine testamenti aeterni, Dominum Nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono, ut faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum. (*Hebr.* xiii, 20.)

### *Ad religiosos.*

Nunc vos alloquimur filii, et filiae praedilectionis Nostrae, qui quaeve charismata meliora aemulantes (*I Cor.* xii, 31) atque in fide sanctissimorum votorum et in religiosa disciplina totius vitae nedum praeceptis sed et desideriis consiliisque divini Regis et Sponsi obsecundantes, Ecclesiam Dei virgineo odore fragrantem facitis, contemplationibus illustratis, orationibus fulcitis, scientia et doctrina ditatis, ministerio verbi et aposto-

sollicitude et qui êtes en même temps les auxiliaires de Notre charge.

Nous vous prions et vous supplions que chacun de vous reste en l'état dans lequel il était quand il a été appelé et conserve une conduite digne de la vocation à laquelle il a été appelé. Paissez le troupeau de Dieu qui vous est confié en devenant les modèles du troupeau, afin que, quand apparaîtra le Prince des pasteurs, vous receviez la couronne de gloire qui ne se flétrit jamais. Que le Dieu de la paix, qui a ramené d'entre les morts Celui qui, par le sang d'une alliance éternelle, est devenu le grand Pasteur des brebis, Notre-Seigneur Jésus-Christ, vous rende capables de toute bonne œuvre pour l'accomplissement de sa volonté, en opérant en vous ce qui est agréable à ses yeux, par Jésus-Christ.

### *Aux religieux.*

Et maintenant, c'est à vous que Nous parlons, vous les fils et les filles de Notre prédilection, qui, aspirant aux dons supérieurs et en observant, dans la fidélité des vœux très saints et dans la discipline religieuse de toute la vie, non seulement les préceptes, mais encore les désirs et les conseils de votre divin Epoux et Roi, remplissez et augmentez chaque jour l'Eglise de Dieu d'une odeur virginale par la contemplation et la prière, la science et la doctrine, par le ministère



latus operibus in dies percolitis et augetis. Igitur vere caelestis et angelicae vocationis participes (*Hebr.* III, 1), quanto pretiosorem thesaurum gestatis tanto diligentiores adhibeatis custodiam, non solum ut certam vestram vocationem et electionem faciatis (*II Petr.* I, 10), verum etiam ut in vobis, tamquam in servis apprime fidelibus et devotis, cor Regis et Sponsi consolationem et reparationem aliquam inveniatis pro infinitis offensionibus et negligentis quibus homines ineffabilem Eius dilectionem rependant.

#### *Ad missionarios.*

Iam os Nostrum patet ad vos (*II Cor.* VI, 11), filii et filiae in Christo carissimi, qui in missionibus orantes laboratis ad propagandam sanctam Christi fidem et Eius Regnum dilatandum. Sicuti Apostoli ecclesiarum primi, ita et vos : in periculis, in multa patientia, in necessitatibus et tribulationibus (*II Cor.* I, 10; VI, 4) spectaculum facti (*Hebr.* X, 33); sicut illi, ita et vos « gloria Christi » (*II Cor.* VIII, 23); vos qui in laboribus, saepe etiam in vinculis et in sanguine vestro, usque ad mortem certantes bonum et magnum certamen fidei et passionis (*I Tim.* VI, 12; *II Tim.* IV, 7; *Hebr.* X, 32) atque bonam confessionem confidentes, animas lucrificatis et futurorum christianorum semina

---

de la parole et l'apostolat des œuvres. C'est pourquoi, participant à une vocation vraiment céleste et angélique, vous devez veiller à conserver ce trésor avec un soin d'autant plus grand que ce trésor est le plus précieux, non seulement pour assurer votre vocation, mais aussi pour que le cœur de votre Epoux et Roi puisse trouver en vous comme en des serviteurs très fidèles et dévoués quelque consolation et réparation pour les infinies offenses et négligences par lesquelles les hommes le payent de son amour ineffable.

#### *Aux missionnaires.*

Notre bouche s'ouvre pour vous, fils et filles très chers dans le Christ, qui priez dans le champ des Missions et travaillez à y propager la foi sacrée de Jésus-Christ et à étendre son règne comme les premiers apôtres de l'Eglise; vous aussi, dans les périls, dans la souffrance, dans les besoins et les tribulations, vous êtes livrés en spectacle et, comme eux, pour la gloire du Christ. Vous qui êtes au milieu de toutes sortes de peines, et même souvent dans les chaînes, vous qui répandez votre sang et mourez dans les grands et beaux combats de la foi, vous confessez généreusement votre foi, vous gagnez les âmes et vous jetez la semence des futurs chrétiens. Nous vous saluons, ô vous qui êtes les grands champions du Christ, et avec vous Nous

seminatis. Salvete strenui milites Christi! Sed et sacerdotes indigenas ac bonos catechistas, praecipuos fructus eisdemque participes laborum vestrorum, salvere iubemus.

*Ad fideles universos.*

Cor Nostrum dilatatum est ad vos (*II Cor. vi, 11*) quotquot estis Urbis episcopalis Nostrae et universi Orbis fideles; praesertim autem ad vos, qui in laicatu constituti Nobiscum et cum venerabilibus fratribus Nostris Episcopis cumque Sacerdotibus in apostolatu laboratis, sicuti credentes primi, viri ac mulieres laborabant, quas propterea Apostolus commendat. (*Phil. iv, 3.*) Vos Dei populus et oves pascuae eius (*Ps. LXXXIX, 3*), vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. (*I Petr. ii, 9.*) Igitur modestia vestra nota sit omnibus hominibus et quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate et facite (*Phil. iv, 5, 8*), ut in omnibus honorificetur Deus (*I Petr. iv, 11*).

*Ad infideles et dissidentes.*

Ad vos etiam cogitatio nostra et oratio Nostra convertitur qui a fide et unitate Christi adhuc abestis. Pro vobis enim quotidie

saluons les prêtres indigènes et les bons catéchistes qui sont les principaux fruits de vos labeurs, et maintenant vos collègues et vos coadjuteurs dans vos travaux.

*A tous les fidèles.*

Notre cœur se tourne vers vous tous qui êtes les fidèles de Notre ville épiscopale et du monde entier; vers vous spécialement qui, comme les premiers croyants, hommes et femmes que du reste l'Apôtre recommandait, appartenant au laïcat, collaborez à l'apostolat avec Nous, avec Nos vénérables frères les évêques et avec les prêtres, vers vous, peuple de Dieu et brebis de son pâturage, vers vous qui êtes un sacerdoce royal, une nation sainte, un peuple de divine acquisition; que votre modération soit connue de tous, que tout ce qui est vrai, tout ce qui est honorable, tout ce qui est juste, tout ce qui est pur, tout ce qui est aimable et de bonne renommée, s'il est quelque vertu, s'il est quelque louange, que ce soit l'objet de vos pensées et pratiquez-le, afin qu'en toutes choses Dieu soit glorifié.

*Aux infidèles et aux dissidents.*

Vers vous aussi vont Nos pensées et Nos paroles, vous qui êtes encore éloignés de la foi et de l'unité du Christ; pour vous Nous

offerimus preces et hostias Deo et Domino omnium, enixe petentes ut luce sua vos illuminet et vos ad oves quae vocem eius audiunt adducat et adiungat, et fiat unum ovile et unus Pastor. (*Ioan. x, 16.*)

*Iis qui praesunt.*

Cum autem omnibus debitores simus, ideo imprimis iis qui praesunt dicimus ut in iustitia et caritate praesint, in aedificationem et non in destructionem (*II Cor. x, 8*), semper memores non esse potestatem nisi a Deo (*Rom. xiii, 1*) et Deo se rationem in iudicio durissimo reddituros (*Sap. vi, 6*).

*Iis qui subsunt.*

Iis autem qui subsunt dicimus ut non tamquam hominibus sed tamquam Deo oboedientes sint, scientes quod qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. (*Rom. xiii, 2.*)

*Divitibus.*

Similiter divitibus et pauperibus dicimus. Divitibus quidem ut se tamquam ministros divinae Providentiae et honorum eius depositarios et dispensatores existiment, quibus pauperes ipse

offrons chaque jour à Dieu et au Seigneur de tous des prières et des sacrifices en demandant ardemment qu'il vous illumine de sa clarté et vous unisse au troupeau qui entend sa voix, et ainsi il y aura un seul troupeau, un seul pasteur.

*Aux gouvernants.*

Puisque Nous sommes débiteur de tous, Nous disons à ceux qui gouvernent qu'ils doivent commander dans la justice et dans la charité pour l'édification et non pas pour la ruine, et qu'ils se souviennent toujours qu'il n'y a pas de pouvoir qui ne vienne de Dieu, et que Dieu exercera un jugement sévère sur ceux qui commandent.

*Aux gouvernés.*

A eux aussi Nous disons qu'ils doivent obéir à leurs supérieurs, non pas comme à des hommes, mais comme à Dieu, sachant que celui qui résiste à l'autorité résiste à l'ordre que Dieu a établi; et ceux qui résistent attireront sur eux-mêmes une condamnation.

*Aux riches.*

Nous voulons parler aussi aux riches et aux pauvres. Aux riches Nous disons qu'ils doivent se regarder comme les ministres de la divine Providence, les dépositaires et les dispensateurs de ses biens.

Christus Iesus commendavit et a quibus divinus Iudex plus repetet quia plura habuerunt (*Luc.* XII, 48), divini verbi nunquam obliti : vae vobis divitibus! (*Luc.* VI, 24.)

*Pauperibus.*

Pauperes autem enixe in Domino hortamur ut ad paupertatem Iesu Christi Domini et Salvatoris respiciant, atque exemplorum ac promissionum Eius memores spiritualium divitiarum faciliorem ipsis acquisitionem ne negligant; et etiam ad meliorem statum, prout eos licet, enitentes, bono et recto corde commendent se Deo et non extendant ad iniquitatem manum suam. (*Ps.* CXXIV, 3.)

*Operariis et datoribus operum.*

Operarios et datores operum enixe rogamus, ut non hostili aemulatione et certamine, sed amico et fraterno foedere iuncti, hinc copias et directionem illinc operam et industriam conferentes, quod iustum est quaerentes, quod iustum est dantes, proprium quorumque et commune simul bonum in tranquillitate ordinis operentur.

---

Jésus-Christ lui même leur a recommandé les pauvres, et le divin juge sera à leur égard d'autant plus exigeant qu'ils auront reçu davantage. Qu'ils se rappellent toujours la parole divine : Malheur aux riches.

*Aux pauvres.*

Nous exhortons ardemment dans le Seigneur les pauvres à considérer la pauvreté de Jésus-Christ, Notre Seigneur et Sauveur, à ne pas oublier ses exemples et ses promesses et à ne pas négliger l'acquisition des richesses spirituelles qui leur est plus facile; et en s'efforçant d'améliorer leur état comme il leur est permis, qu'ils se rendent agréables au Seigneur par la bonté et la droiture de cœur, et qu'ils ne portent pas leur main vers l'iniquité.

*Aux ouvriers et aux employeurs.*

Nous demandons vivement aux ouvriers et aux employeurs qu'évitant toute émulation hostile et toute lutte, étant unis dans une amicale et fraternelle alliance, ils mettent en commun leurs activités respectives, travail de direction ou travail d'exécution, et qu'ils demandent ce qui est juste, qu'ils donnent ce qui est juste et qu'ils procurent ainsi la tranquillité de l'ordre aussi bien l'avantage de chacun que le bien de tous.

*Infirmis et afflictis.*

Ultimum in executione sed primum in intentione et in affectu cordis, ad vos venit verbum Nostrum, qui in infirmitatibus et doloribus, in aerumnis et tribulationibus estis, maxime qui talia ab inimicis Dei et humanae consortionis patimini.

Orationes Nostras et auxilia pro posse Nostra offerentes atque omnium caritati vos commendantes, in persona, quam gerimus, Christi vobis dicimus : Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. (*Matth. XI, 28.*)

Restat ut Urbi et Orbi, atque omnibus in eis habitantibus benedictionem Apostolicam imperiamus, quod et facimus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

*Aux infirmes et affligés.*

C'est à vous, qui venez en dernier lieu, mais qui êtes les premiers dans Notre pensée et dans Notre cœur, que s'adresse Notre parole, à vous qui êtes dans la maladie et les douleurs, dans les tribulations et les adversités, et spécialement à vous qui supportez tout cela du fait des ennemis de Dieu et des ennemis de la société humaine.

Tout en vous assurant de Nos prières et de Nos secours dans la mesure où il Nous est possible, tout en vous recommandant à la charité de tous, Nous vous disons de la part du Christ, dont Nous tenons la place : Venez à moi, vous tous qui êtes fatigués et ployez sous le fardeau, et je vous soulagerai.

Il ne Nous reste plus qu'à donner *Urbi et Orbi* et à tous ceux qui les habitent la bénédiction apostolique que Nous accordons au nom du Père, du Fils et du Saint-Esprit. Ainsi soit-il.

# EPISTOLA APOSTOLICA

AD EXCMUM P. D. ELIAM DALLA COSTA,  
PATAVII EPISCOPUM

Septimo exeunte saeculo ab Antonii Patavini obitu  
decretisque eidem sanctorum caelitem honoribus.

---

## PIUS PP. XI

VENERABILIS FRATER, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Antoniana sollemnia, quae feliciter hoc anno agentur, septingentesimo scilicet ex quo Patavinus Thaumaturgus piissime obiit, quaeque per proximum producentur annum ad illius diei memoriam recolendam, quo die, septimo item ante saeculo, sanctorum caelitem numero ipsemet adscriptus est, ita profecto habitum iri confidimus, ut non parum eadem ad pietatem fovendam conferant et ad animarum salutem procurandam. Novimus enim duo istic, in sede honoris tui, constituta esse

---

## LETTRE APOSTOLIQUE

A S. EXC. M<sup>SR</sup> ÉLIE DALLA COSTA, ÉVÊQUE DE PADOUE  
sur le VII<sup>e</sup> centenaire de la mort et de la canonisation  
de saint Antoine de Padoue.

---

## PIE XI, PAPE

VÉNÉRABLE FRÈRE, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Les fêtes de saint Antoine, qui se célébreront avec bonheur au cours de cette année, marquant le septième centenaire de la pieuse mort du thaumaturge de Padoue, et qui se poursuivront l'année prochaine, après sept siècles révolus depuis le jour mémorable de sa canonisation, ne manqueront pas, Nous en avons confiance, d'augmenter singulièrement la piété des fidèles et de procurer le salut des âmes. Nous savons qu'au siège même de votre dignité épiscopale deux Comités ont

Consilia ut sacrae huiusmodi profanaeque celebritates actuose apparentur diligenterque provehantur; quibus quidem Consiliis non modo quotquot ex insigni Assisiatis subole hunc sanctitatis florem venerantur sui Ordinis ornamentum et decus, sed civitatis etiam moderatores primoresque, nobilissima quadam animorum contentione, suam sunt operam ultro libenterque navaturi. Ac novimus itidem te, Venerabilis Frater, ad singulos catholici orbis Episcopos dedisse litteras, ut eosdem omnes ad hanc faustitatem participandam et in sua cuiusque dioecesi promovendam fraterno animo invitares.

At si opportunum est ubique rem agi, multo quidem opportunius ut, quemadmodum Patavii, ita in Lusitana Republica, ac praesertim Ulissipone, unde noster ortum duxit, peculiara edantur pietatis testimonia effusioresque laetitiae. Quam ob rem libentissime accepimus dilectum filium Nostrum, Patriarcham Ulissiponensem, faventibus omnibus cuiusvis ordinis civibus, consilium iniisse saecularia haec in Antonii honorem sollemnia in sua patria peragendi. Et gaudium auxit Nostrum nuntius, qui ad Nos haud ita pridem perlatus est, haec, amico quodam foedere, ita esse celebranda, ut delecti viri, veluti Patavinae civitatis legati ad principem Lusitaniae urbem, fausta hac occa-

---

été constitués pour promouvoir activement et organiser avec soin les solennités religieuses et civiles de ce centenaire. Non seulement tous les membres de la glorieuse famille du patriarche d'Assise qui vénèrent cette fleur de sainteté, gloire et ornement de son Ordre, mais encore les autorités et les notabilités municipales, dans une très noble émulation spirituelle, prêtent, avec une généreuse spontanéité, leur concours à ces Comités. Et Nous savons aussi, Vénérable Frère, que vous avez envoyé à tous les évêques du monde catholique une lettre, par laquelle vous les invitez fraternellement à participer à cet heureux centenaire et à en faire la célébration dans leurs diocèses.

Mais s'il est opportun de procéder ainsi dans le monde entier, il est bien plus convenable encore qu'au Portugal et surtout à Lisbonne, qui donna le jour à saint Antoine, de particuliers hommages de piété et d'exultation lui soient rendus, tout comme à Padoue. Aussi apprenons-Nous avec joie que Notre bien-aimé Fils le patriarche de Lisbonne a décidé de célébrer, avec le concours de toutes les classes de la société, les fêtes centennaires en l'honneur de saint Antoine dans sa patrie. Et Notre joie a été encore plus grande en recevant dernièrement la nouvelle que, par une entente amicale, des délégués de Padoue se rendraient dans la capitale du Portugal pour représenter

sione, mittantur, atque hinc nonnulli item Patavium concedant, qui inibi, per sollemniores dies, Lusitanorum partes sustineant. Cur igitur spem non foveamus bonam fore ut Antonius, ubique communibus impensisque precibus in auxilium advocatus, christianam fidem caritatemque in animis alat et sectatores suos e terrenis huius vitae fluxisque rebus ad caelestia excitet ac sempiterna? Cur pro certo non habeamus non modo in privatos homines, sed in civilem etiam consortionem beneficia non pauca inde esse profectura? Quemadmodum enim noster procellosam aetatem suam, profligatis passim moribus infectam, christiana collustravit sapientia ac veluti suae virtutis suavitate perfudit, ita omnino sperandum ut in plurimorum mentes animosque per sacra huiusmodi revocatus, saeculum quoque nostrum — Dei aeternaeque beatitatis saepenumero immemor, voluptatum aestu usquequaque iactatum, humanaeque amplitudinis incomposite cupidum — ad ea, maiora quidem ac nobiliora, ad quae nati comparatique sumus, excitet exemplo suo alliciat.

Attamen, ut eiusmodi spei votisque Nostris effectus feliciter respondeat, omnino opus est, non modo externa haberi sol-

leur ville à l'occasion des fêtes, et que réciproquement une délégation de Lisbonne irait à Padoue pour y représenter le Portugal.

Dès lors, comment n'aurions-Nous pas confiance que saint Antoine, invoqué partout à la fois par de communes et ardentes prières, remplira les âmes de foi et de charité chrétienne et entrainera ses dévots, loin des préoccupations contingentes et terrestres, vers les biens célestes et éternels?

Comment ne serions-Nous pas certain que de grands bénéfices en découleront non seulement pour les individus, mais pour la société civile?

De même que saint Antoine, par sa sagesse chrétienne et ses suaves vertus, assainit, parfuma son siècle agité et partout infecté de mœurs dissolues, ainsi il y a lieu d'espérer qu'à la faveur de cette commémoration, qui vivifiera les esprits et les cœurs, notre siècle aussi — trop souvent oublieux de Dieu et de l'éternelle béatitude, sans cesse ballotté par la tempête des passions et cherchant la grandeur humaine de façon désordonnée — sera, par un si grand exemple, entraîné vers les réalités encore plus grande et plus nobles pour lesquelles nous sommes nés et destinés.

Cependant, pour que Nos vœux et Nos espoirs ne soient pas frustrés, il est indispensable que non seulement des honneurs extérieurs et



lemnia honoresque Thaumaturgo Patavino tribui, sed omnes etiam, qua maxima possunt contentione, eniti ut praeclara ipsius virtutum ornamenta intueantur et ad imitandum sibi proponant. Quam ad rem aptissime S. Augustinus admonet : « Caritas ubi fuerit necesse est ut operetur; fides ipsa per dilectionem operatur. » (*In Ps. xxxi, 6.*)

In comperto quidem est, Venerabilis Frater, fere omnes e christiana plebe incensiore quodam populari cultu Antonium prosequi ad eumque plurimas admovere preces; at nonne eo praesertim consilio id faciunt, eaque potissimum de causa, ut ab ipso temporalia beneficia, miranda saepe ac prorsus prodigiosa, impetrent, quandoquidem, eximia eius sanctitudinis gesta plerumque ignorantes, nihil aliud in Antonio nisi Thaumaturgum cognoscunt atque suspiciunt?

Apostolico igitur officio, quo divinitus fungimur, consentaneum putamus praecipua huius sanctitatis herois adumbrare virtutes animique lineamenta, Nostram facientes illam, quam in liturgia ecclesiastica legimus, sententiam admonitionemque : « Imitari non pigeat quod celebrare delectat. » (*Lect. IV ad Commune plurim. Martyrum.*) Ac tuum erit, Venerabilis Frater, eorumque omnium, e sacrorum praesertim administris, qui

---

solennels soient rendus au thaumaturge de Padoue, mais que tous s'efforcent autant que possible d'étudier et d'imiter ses magnifiques vertus. C'est à cette intention que saint Augustin nous avertit bien à propos : « La charité, où qu'elle soit, est obligée d'agir; la foi elle-même agit par amour. »

On sait bien, Vénérable Frère, que la plupart des fidèles entourent saint Antoine d'un culte populaire fort enthousiaste et lui adressent des prières en très grand nombre; mais n'est-ce pas surtout et en premier lieu dans le dessein d'obtenir de lui des biens temporels et même souvent des choses extraordinaires et tout à fait prodigieuses, puisque aussi bien ils ne connaissent et ne voient en saint Antoine que le thaumaturge et ignorent la plupart du temps les remarquables aspects de sa sainteté?

Aussi, en vertu de la charge apostolique dont nous sommes investi par la grâce de Dieu, jugeons-Nous opportun d'esquisser, à grands traits, la figure de ce héros de sainteté et de rappeler ses vertus, faisant Nôtre l'avertissement de l'évêque d'Ilippone : « Il faut s'empressez d'imiter les exemple qu'on a tant de joie à célébrer. » Il vous appartiendra d'ailleurs, Vénérable Frère, ainsi qu'aux membres de la hiérarchie qui ont pour saint Antoine un culte particulier, de vous faire

peculiari quodam studio Antonium prosequuntur, quæ Nos per has Litteras breviter attingimus, vobiscum in animo commentari diligenter et ceteris, pro vestro cuiusque munere, illustrare atque in exemplum proponere.

« In viris praeclarissimis — ita decessor Noster f. r. Leo XIII — quorum virtute recteque factis egregium decus Lusitaniae partum, merito cum laude maxima censendus est Antonius, Patavinus ex loco obitus cognomento dictus. Cuius cum patratum prodigiorum fama latissime ad omnes populos pervagarit, Lusitani nominis gloria ubique percrebuit, primas honoris eius ferente Ulissipone, quæ hominem sanctissimum suis civibus adnumerat. » (*Epist. ad Card. Patr. Ulissip.*, 2 Maii MDCCCXCV.)

Illic siquidem noster illustri genere natus, ut erat ingenio praestantissimus et copia rerum non minus quam nobilitatis gratia pollens, talem suae vitae cursum prospicere et quasi praecipere poterat, ut nulla sibi nec voluptatum gaudia nec humanae gloriae nomen atque emolumenta defutura esse viderentur. Nihilò setius haec omnia, paterna nempe bona, futurae amplitudinis auspicia cupiditatumque invitamenta, in primo aetatis suae flore, laeto grandique animo reliquit atque veluti ab se generose excussit, ingrata quasi pondera, quibus suus ad

---

autour de vous, et dans la sphère de vos attributions, les porte-parole de cet enseignement, d'illustrer et de proposer en exemple ce que Nous avons brièvement traité dans cette lettre.

Notre prédécesseur d'heureuse mémoire, Léon XIII, disait : « Parmi les grands hommes dont la vertu et les hauts faits ont couvert de gloire le Portugal, c'est à bon droit qu'il faut compter le très renommé saint Antoine, appelé de Padoue en raison du lieu de sa mort. La célébrité de ses prodiges répandue en tout pays a fait grandir aussi partout le renom du Portugal, et de Lisbonne en particulier, qui l'honore comme un de ses citoyens. » Notre Saint y naquit d'une famille illustre. Il apportait des qualités naturelles tout à fait remarquables. La noblesse de son rang, comme les avantages de la fortune, lui eussent permis de prévoir et même de s'assurer un avenir qui ne manquerait d'aucune joie ni de plaisir et auquel l'auréole et les avantages de la gloire humaine ne feraient pas défaut. Néanmoins, à la première fleur de l'âge, avec joie et magnanimité, il renouça aux biens de famille, aux promesses d'avenir, aux appels des passions, et tout ce qui semblait un fardeau retardant son ascension vers Dieu. Ainsi il

caelestia adscensus praepediretur. Itaque humile Congregationis Canonicorum S. Augustini sagum primo demisse petiit, ac deinde, maioris perfectionis appetens, nascens Seraphici Ordinis institutum impenso animi ardore ingressus est. Quo quidem in vitae genere ita continenter profecit, ut ad altissimum virtutum omnium fastigium, citatiore cotidie gradu, contendere videretur. In his vero sanctimoniae ornamentis, quibus omni ope ac studio animum exornabat suum, ille imprimis elucet absolutissimae castimoniae nitor, ob quem, quasi angelus in humana concreione degens, ab omnibus magna cum admiratione suspiciebatur. Non quin Antonius noster cupiditatum illecebras senserit, non quin pravas illas expertus sit sensuum animique impulsiones, quae, ut omnes norunt, ex collapsa per originalem labem natura, quasi hereditas tristissima, oriuntur et universum afficiunt humanum genus; immo etiam litterarum monumenta referunt, ipsum, in iuvenili adhuc aetate, eam in membris suis insitam conquestum esse aliam legem, repugnantem legi mentis suae, quam Apostolus gentium vehementer lamentabatur. (*Rom. vii, 23.*) Attamen tam acriter eidem repugnavit, tamque diligenter, ut libidinis motibus incompositisque naturae viribus coercitis sedatisque, niveum pudicitiae florem

---

demanda humblement à revêtir l'habit religieux de la Congrégation des Chanoines de Saint-Augustin; par la suite, désireux d'une plus grande perfection, il entra avec toute l'ardeur de son âme dans l'Institut naissant de l'Ordre séraphique. Sous cette règle, il fit aussitôt de tels progrès qu'il semblait s'avancer, chaque jour d'un pas plus rapide, vers le sommet de toutes les vertus.

Parmi les ornements de la sainteté, dont il travaillait de toutes ses forces à revêtir son âme, brille avant tout l'éclat d'une chasteté absolue, qui le faisait regarder, par tout le monde, avec une profonde admiration, comme un ange sous forme humaine.

Ce n'est pas à dire qu'Antoine n'ait senti l'attrait des passions, n'ait expérimenté dans son âme et dans ses sens les mauvaises tendances qui, comme un triste héritage, proviennent, on ne sait que trop, de la nature déchue par la tache originelle et affectent tout le genre humain. L'histoire rapporte même que, étant encore jeune homme, il se lamentait de sentir, en opposition à la loi de son esprit, cette autre loi dont l'Apôtre des Gentils gémissait véhémentement. Mais il entreprit une lutte si énergique et si persévérante qu'ayant vaincu et dompté les mouvements de la concupiscence et les tendances déréglées de la nature déchue, il garda intact le lis de la pureté. Qui

illibatum servaverit. Et quisnam poterit verbis effingere superna illa gaudia, quae, ob partam eiusmodi victoriam, iuvenis castissimi totum perfudere animum? Nec caelestia tantum oblectamenta, veluti praemium optatissimum ob despectas ac domitas suorum sensuum fallacias, assecutus est Antonius, sed eidem etiam licuit illius, qui *pascitur inter lilia* (*Cant.* II, 16), et conspectu perfrui et blanditiis suavissimis delectari. Siquidem, ut memoriae proditum est, cum noster in conclavis sui recessu umbratilem vitam ageret, vel precibus Deo instans, vel sacrarum vacans litterarum studio, quodam die, de improvviso, e supernis sedibus descendit, luce circumfusus fulgidissima, Iesus Infans. leniterque arridens, non modo se eidem conspiciendum dedit, sed puerili manu illius collum circumplexus, et oscula cum blandimentis dare et accipere visus est. Quapropter, in mirandi huius eventum memoriam, hac etiam aetate nostra, Patavini imagines ita finguntur, ut Franciscalem eadem iuvenem sanctissimum, altera tenentem manu candidissimum lilium, innocentiae suae indicem, altera vero divinum Puerulum ad sinum ardenti complexu prementem, apte quidem ac significanter, populari pietati proponant.

Iamvero consentaneum ducimus, eo scilicet consilio ut omnes,

---

pourra dire les joies supérieures qui, après une telle victoire, inonderont l'âme du chaste jeune homme?

Mais Antoine n'obtint pas seulement des consolations célestes, comme prix incomparable du triomphe remporté sur les fausses joies des sens; il lui fut encore donné de jouir de la vision et des suaves caresses de *Celui qui paît parmi les lis*.

La tradition nous dit en effet que, tandis qu'Antoine menait, dans son couvent, une vie toute de retraite, de prière et d'étude des Saintes Lettres, un jour l'Enfant Jésus, auréolé de clarté et avec le plus doux sourire, descendit soudain du ciel, et non seulement daigna apparaître, mais serra saint Antoine dans ses bras d'enfant, se donnant l'un l'autre des caresses et des baisers.

Aussi, de nos jours encore, en souvenir de cet événement extraordinaire, les images de saint Antoine de Padoue présentent-elles, d'une façon bien juste et significative, à la piété populaire le jeune Saint Franciscain, tenant d'une main un lis blanc, symbole de son innocence, et de l'autre l'Enfant Jésus qu'il presse sur sa poitrine avec ferveur.

En méditant sur cet épisode, chacun s'efforcera, selon Nos vives exhortations, d'en déduire les conséquences pratiques et d'en dégager

rem meditando, in usum cuiusque suum deducere non neglegant, exquirere quibusnam artibus quibusque rationibus et pudicitiam suam integram Antonius servare et sanctitatis apicem attingere potuerit. Qua in re, primum christianam noster persecutus est humilitatem animique demissionem, quae, cum omnium virtutum fundamentum sit, modo desit, iam nullus potest perfectionis viam fidenter ingredi, nedum ad eius adeptionem pervenire queat. Quamvis enim ipse omnibus admirationi esset, et a Seraphico Patre ac Magistro « episcopus » honoris ergo nuncuparetur, se tamen servum inutilem existimans, non altiora munera dignitatesque aucupari, sed viliora potius beatamque solitudinem consecrari sollemne habebat. At vero minime putandum eiusmodi humilitatis studium ex enervata eius indole animique debilitate oriri; quod quidem hodie nonnulli, humanae fortitudinis praestantiam plus nimio effefferentes, de catholicae Ecclesiae heroibus inconsulte temereque disserentes, effutiunt ac perperam commentantur. Non una enim occasione Antonius, prout res postulabat, animose fortiterque fecit; ut exempli gratia, cum Ezelinum a Romano — imperiosum illum violentumque principem in Patavinam finitimasque civitates tyrannico dominatu saevientem — coram adiit

---

la méthode et les règles grâce auxquelles Antoine garda intacte sa pureté et parvint au faite de la sainteté.

A cette fin, il cultiva avant tout l'humilité et le renoncement, fondements de toutes les vertus, sans quoi personne ne peut s'engager avec confiance dans le chemin de la perfection et encore moins atteindre au but.

En effet, bien qu'il fût pour tous un objet d'admiration et qu'il eût reçu de son séraphique Père et Maître le titre honorifique d'*épiscopus*, il s'estimait cependant un serviteur inutile, et observait jalousement sa résolution de fuir les hautes charges et les dignités et de ne rechercher que les emplois inférieurs et la bienheureuse solitude. Qu'on n'aille pas croire toutefois qu'une telle recherche de l'humilité dénotait un esprit timide et faible. Certains critiques, de nos jours, surestimant la valeur de la force humaine, tiennent à tort et à travers de ces raisonnements-là, quand ils traitent des héros du catholicisme.

Or, en plus d'une occasion, lorsque les circonstances l'exigeaient, Antoine fit preuve d'une force et d'un courage remarquables, témoin l'épisode de sa rencontre avec Ezzelin de Romano. La domination tyrannique de ce violent despote s'exerçait sur Padoue et les villes

ac, iustitiae caritatisque nomine, pacem digladiantibus populis conciliare, pluribusque civibus, custodiae vinculisque mandatis, libertatem impetrare contendit. Ex quo profecto clare elucet, christianae humilitatis usum non animi vigorem dignitatemque minuere atque extenuare, immo potius augere quam maxime.

Aliae praeterea sunt artes rationesque, quibus Antonius pudicitiam suam custodire tutam et perfectissimam assequi morum sanctimoniam enitebatur. Divitias scilicet ipse contemnere ab iisdemque suum abalienare animum, Assisiatis vestigiis insistens, qui mystica iniit cum evangelica paupertate sponsalia; omnibus fere vitae commodis se abdicare, ac non modo se terrenis hisce rebus pro viribus exsolvere, sed etiam semet ipsum abnegare ut expeditius Deo vacare famularique posset; acerrimae sensuum castigationi illecebrarum fugam adicere diligentissimam; atque praesertim, cum virtuti diffideret suae, precibus interdum noctuque ita instare fervidissimis, ut reapse dici queat totum eius vitae cursum veluti perpetuam fuisse ad Deum admotam supplicationem. Ipse siquidem probe noverat divina nos ope continenter indigere, quandoquidem

---

voisines. Antoine lui fit des représentations véhémentes au nom de la justice et de la charité, et s'employa à apaiser les populations armées les unes contre les autres et à obtenir l'élargissement de plusieurs captifs.

Ce simple trait montre combien l'humilité chrétienne, loin d'affaiblir et d'énerver la dignité et la force de l'âme, l'augmente au contraire et la porte à son maximum.

Il y a d'autres moyens encore, qu'Antoine mit en œuvre pour conserver sa pureté liliale et atteindre une parfaite sainteté de vie. Il pratiqua le détachement et le mépris des richesses, à la suite de saint François d'Assise, qui avait conclu des fiançailles mystiques avec la pauvreté évangélique. Il repoussa, pour ainsi dire, toutes les commodités de la vie; et pour se réserver et se consacrer plus librement au service de Dieu, non seulement il se dépouilla autant que possible des biens terrestres, mais il se renonça lui-même.

A une âpre mortification des sens il joignait avec vigilance la fuite des tentations. Mais surtout, se défiant de sa propre vertu, il se consuma, jour et nuit, en des prières si ferventes qu'on peut dire réellement que toute sa vie ne fut qu'une perpétuelle supplication adressée à Dieu.

Il savait à la perfection que nous avons constamment besoin des

*non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est (II Cor. III, 5).* Quemadmodum enim tellus, si solis luce ac calore careat, squalens atque iners existit, ita hominum animus, nisi caelestis Numinis gratia, precibus impetrata, collustretur atque enutriatur, non pravis cupiditatum motibus obsistere, non fidem caritatemque alere, non denique potest sublimes illos adscensus facere, quibus ad nobilissima quaeque contendat.

Quodsi, ad divini hortamenti normam *Oportet semper orare et non deficere (Luc. XVIII, 1)*, suam precando caritatem in Deum exserere atque efferre non intermittebat noster, attamen, cum adventantem sibi mortem prospexisset, nihil iam aliud exoptabat, nihil consecratur, nisi ut, procul ab hominibus fluxisque rebus omnibus, arctiore cum Deo consuetudine constanter uteretur atque recrearetur. Referunt enim eum, cum prope coenobium *Campi Sancti Petri*, in silenti ac silvestri loco, amplissimam suspexisset arborem atque solidissimam, sibi in optatis fore dixisse, si inibi pensilis exstrueretur cellula, in qua uni Deo mente animoque vacare et reliquum sibi liceret temporis spatium beatissime traducere. Cuius voti compos factus,

---

secours d'en haut, alors que nous sommes incapables par nous-mêmes de concevoir quoi que ce soit comme venant de nous, et que notre suffisance n'est pas ailleurs qu'en Dieu.

Et de même, en effet, qu'une contrée privée de la lumière et de la chaleur du soleil est enténébrée et stérile, de même l'esprit humain, s'il n'est réchauffé et illuminé de la céleste rosée de la grâce implorée par la prière, reste inapte à repousser les mouvements dépravés des passions, incapable de nourrir la foi et la charité, impuissant à réaliser ces ascensions sublimes par lesquelles on tend aux biens supérieurs. Encore qu'il suivit à la lettre l'avertissement divin selon lequel *il faut toujours prier et ne point défailir*, en ne cessant d'élever son âme et de témoigner par la prière sa charité envers Dieu, saint Antoine, prévoyant sa mort prochaine, ne désirait rien tant, ne poursuivait rien tant que d'entretenir, loin des hommes et des choses contingentes, un commerce plus étroit avec Dieu et de s'y récréer.

On rapporte à ce propos que, comme il se trouvait alors dans un lieu sylvestre et silencieux, près du couvent de Camposanpiero, apercevant un arbre énorme et robuste, il exprima le souhait d'y voir construire une cellule suspendue, où il pourrait vaquer de toute son âme et de tout son esprit aux choses de Dieu et passer de la sorte, en toute sérénité, le temps qui lui restait à vivre.

cum ad nidulum sibi paratum lætanter adscendisset, angelicam ibi potiusquam humanam vitam aliquantisper peregit; ac pre-cando, contemplando, divinoque aestuando amore, sempiternam præsensit præcepitque beatitatem.

At si, ut adhuc scribendo persecuti sumus, tam eximiis virtutum laudibus enituit Antonius, nulla tamen sanctitatis nota magis præstitit, quam apostolici, quo flagravit, studii atque ardoris; illius, inquit, apostolici studii, quod, ut in interiorè animi perfectione veluti fundamento consistit, ita ex eadem vim suam continenter haurit atque exprimit.

Siquidem, inde a primis religiosæ suæ vitæ annis, cum præclara comperisset Franciscalium protomartyrum gesta — qui, in Mauritania, barbaris illis gentibus catholice religionis cultum afferentes, sanguinem pro Christi nomine profudissent — apostolatus ac martyrii cupiditate aestuans, id enixe poposcit ut sibimet ipsi liceret et sacras eiusmodi expeditiones participare et sua opera suoque, si opus esset, cruore lesu Christi regnum producere atque amplificare. Verumtamem, rem adeptus, cum ad Africae oras appulisset, feбри illico correptus, ob devexam valetudinem in patriam remeare coactus est. At navis, quæ in Lusitaniam contendisset, adverso vento compulsæ,

---

Son vœu fut réalisé, et après avoir fait joyeusement l'ascension du petit nid ainsi préparé, il y mena quelque temps une vie plus angélique qu'humaine, tout adonné à la prière et à la contemplation, brûlant de l'amour divin, pressentant et commençant déjà sa béatitude éternelle.

Mais si saint Antoine se distingua, comme nous l'avons montré, par de telles vertus et de tels mérites, aucune note de sainteté ne fut pourtant chez lui plus éminente que le zèle et l'ardeur apostoliques qui le consumaient et qui, trouvant leur foyer dans la perfection intérieure de son âme, y puisaient aussi leur force et leur élan.

Dès les premières années de sa vie religieuse, comme il apprenait les gestes admirables des premiers martyrs franciscains qui, en portant le culte catholique aux nations barbares de la Mauritanie, avaient versé leur sang pour le nom du Christ, lui-même, enflammé du désir d'être apôtre et martyr, sollicita avec insistance la permission de participer à ces saintes expéditions, d'annoncer et d'étendre le règne du Christ par son travail et, au besoin, par son sang.

Il l'obtint, mais en approchant des côtes d'Afrique la fièvre le saisit et sa santé languissante l'obligea à rentrer dans sa patrie. Mais le bateau, qui faisait voile vers le Portugal, poussé par un vent con-



L'éloge, à peine effleuré jusqu'ici, de cette sainte fait voir clairement l'abondance des bienfaits célestes qui se répandraient sur l'Allemagne, si l'on se proposait son imitation comme exemplaire parfait de toute vertu, parmi les fidèles de tout ordre et de toute condition, et surtout chez les confrères qui touchent de plus près à l'Association de l'*Elisabeth Verein* où l'on doit continuer la charité de la sainte patronne. Elisabeth fut, en effet, une jeune fille d'une chasteté, une mère d'une tendresse incomparables, riche et pauvre à la fois, très humble et plus noble encore par sa vertu que par son rang. Aussi ne s'étonne-t-on pas que les plus illustres des Allemands l'aient célébrée dans la splendeur de tous les arts, les peintres en des tableaux de toute beauté, les poètes et les musiciens en des vers ou des compositions merveilleuses, les architectes en des monuments plus durables que l'airain.

C'est pour cela aussi que Nous-même, bien-aimés Fils et Vénérables Frères, en ce centenaire, Nous voulons avec l'Allemagne combler sainte Elisabeth de justes louanges, elle qui passa toute sa vie en faisant le bien, comme si elle était la mère de tous. Après tant de siècles écoulés, elle vit encore, moins dans l'histoire que dans le cœur de tous, et elle nous enseigne que c'est de la seule charité du Christ qu'il nous faut attendre le salut des nations.

---

esse. Ac precamur ut quantocius dies illucescat optatissima quo populi omnes, tranquillatis rebus, in caritate Christi regenerentur fiatque *unum ovile et unus Pastor*. Interea, caelestium auspex munerum itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, iisque omnibus qui vigilantiae vestrae crediti sunt, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die X mensis Maii a. MDCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI.

---

Prions donc, afin que le plus tôt possible luise le jour désiré où tous les peuples, une fois pacifiés, soient régénérés dans la charité du Christ et qu'il n'y ait plus qu'*un bercaïl et un pasteur*.

Cependant, que Notre bénédiction apostolique vous soit l'augure de célestes faveurs et aussi le témoignage de Notre paternelle affection. Nous vous l'accordons avec effusion, bien-aimés Fils et Vénérables Frères, ainsi qu'à tous ceux qui sont commis à votre garde.

Fait à Rome, près Saint-Pierre, le 10 mai 1931, la dixième année de Notre pontificat.

PIE XI, PAPE.

# CONSTITUTIO APOSTOLICA

de Universitatibus  
et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum.

---

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Deus scientiarum Dominus (*I Sam. II, 3.*), cum Ecclesiae suae divinum commiserit mandatum docendi omnes gentes (*Matth. XXVIII, 19; Marc. XVI, 15.*), eam sine dubio magistram constituit divinae veritatis falli nesciam atque adeo praecipuam totius humanae doctrinae patronam atque altricem. Ecclesiae enim est sacra omnibus hominibus praecepta tradere, quae ipsamet a Dei Revelatione repetit atque deducit; quoniam autem fides et humana ratio non solum « inter se dissidere nunquam possunt », sed, perspecta eorum omnimoda concordia, « opem

---

# CONSTITUTION APOSTOLIQUE

sur les Universités et Facultés d'études ecclésiastiques.

---

PIE, ÉVÊQUE

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

*Pour perpétuelle mémoire.*

Dieu, le Seigneur des sciences, en confiant à son Eglise le mandat divin d'enseigner toutes les nations, l'a établie sans nul doute maîtresse infallible de la vérité divine et par là même protectrice principale et inspiratrice de tout savoir humain. C'est en effet le propre de l'Eglise de transmettre à tous les hommes les enseignements sacrés qu'elle-même a reçus et tirés de la révélation divine; comme, d'autre part, la foi et la raison humaine non seulement « ne peuvent jamais se contredire », mais, étant donnée leur harmonie parfaite, « se prêtent un mutuel appui », l'Eglise du Christ, à toute époque, a considéré comme



quoque sibi mutuam ferunt », nullo non tempore Ecclesia Christi sui officii esse duxit humanarum artium et disciplinarum culturam iuvare atque promovere (Conc. Vatic. Constit. *De fide catholica*, c. iv.); quod sane bene multa ac luculentissima testantur litterarum monumenta. Etenim, post primam Ecclesiae aetatem, in qua Spiritus Sanctus ipse per se, charismatum suorum abundantia, eam christifidelibus doctrinam suppeditabat, quae in iis forte desideraretur, secundo post Christum natum saeculo praeclarae iam Smyrnae, Romae, Alexandriae, Edessae christianae sapientiae domicilia florere. Quo saeculo exeunte atque vertente tertio, illustra illa Alexandriae, Caesareae, Antiochiae *didascaleia* exorta sunt, ex quibus suam hauserunt scientiam, ut praestantiores tantummodo nominemus, Clemens Alexandrinus, Origenes, S. Dionysius Magnus, Eusebius Caesariensis, S. Athanasius, Didymus Caecus, S. Basilius Magnus, S. Gregorius Nazienzenus, S. Gregorius Nyssenus, S. Cyrillus Alexandrinus, S. Ioannes Chrysostomus, Theodoretus. Qui Patres et Scriptores Ecclesiastici, una cum S. Ephraem, S. Hilario Pictaviensi, S. Ambrosio, S. Hieronymo, S. Augustino, aliisque illius aetatis fere innumeris Ecclesiae doctoribus et magistris, in civili hominum consortione, veluti scientiarum optimates ab omnibus habebantur. Exacta vero magnorum Patrum aetate, sollerti potissimum monachorum

---

un devoir d'aider et de promouvoir la culture des arts et des sciences ainsi que l'attestent de nombreux et irrécusables témoignages historiques. De fait, dès la fin de la primitive Eglise, période où le Saint-Esprit suppléait directement par l'abondance de ses charismes aux connaissances qui manquaient peut-être aux fidèles et dès le second siècle après la naissance du Christ, surgirent à Alexandrie, à Edesse, à Antioche, à Nizibe, à Side de Pamphylie, des foyers de la sagesse chrétienne. A la fin de ce même siècle et au cours du troisième, furent fondées à Alexandrie et Antioche ces illustres didascalées où vinrent puiser leur science, pour ne citer que les plus célèbres, Clément d'Alexandrie, Origène, saint Denis le Grand, Eusèbe de Césarée, saint Athanase, Didyme l'Aveugle, saint Basile le Grand, saint Grégoire de Nazianze, saint Grégoire de Nysse, saint Cyrille d'Alexandrie, saint Jean Chrysostome, Théodoret. Ces Pères et écrivains ecclésiastiques avec saint Ephrem, saint Hilaire de Poitiers, saint Ambroise, saint Jérôme, saint Augustin, ainsi qu'un nombre presque incalculable de docteurs et de savants de l'Eglise de la même époque, étaient considérés par l'opinion publique comme l'élite du savoir. Postérieurement

Episcoporumque opera, scholae non paucae conditae sunt, opitulantibus quidem iis qui rem publicam tunc temporis moderabantur. Ac sine dubio civilis omnium cultus et ecclesiastica doctrina, hoc saeculorum intervallo, idem veluti unum efficiebant, quod e litterariis ludis, — prope cathedrales aedes atque coenobia constitutis — in commune bonum copiose profluebat.

In ea namque mediae aetatis parte, quae obscurissima dici solet, cum litteras ingenuasque artes novi barbarorum incursus permiscere ac submergere minitarentur, hae, ab omnibus derelictae ac misere pessumdatae, apud Catholicae Religionis templa atque monasteria, in unum scilicet, quod daretur, perfugium atque asylum, tuto se receperunt. Atque Concilia annis DCCCXXVI et MDCCCLIII Romae habita eam sanciebant legem, quasi lucem in tenebris, qua « in universis episcopiis, subiectisque plebibus, et aliis locis in quibus necessitas occurrisset, omnis cura et diligentia haberetur, ut magistri et doctores constituerentur, qui studia litterarum liberaliumque artium assidue docerent ».

Quod si Romana Ecclesia, hac procellosa aetate, prisca humani cultus documenta neququam tutata esset, haud dubie hominum genus eos in perpetuum litterarum thesauros amisisset, quos antiqua tradiderant tempora.

aux Pères de l'Eglise, grâce surtout au zèle et à l'activité des moines et des évêques, secondés, il est vrai, par ceux qui détenaient alors le pouvoir, un grand nombre d'écoles furent fondées. Il est certain qu'alors civilisation et science ecclésiastique ne faisaient pour ainsi dire qu'un, et que ces écoles — édifiées à l'ombre des cathédrales et des monastères — furent une source abondante de bienfaits pour tous.

Puis, à cette époque du moyen âge, qu'on a coutume d'appeler l'époque des ténèbres, au moment où de nouvelles invasions de barbares menaçaient de les submerger et de les bouleverser, les lettres et les arts, abandonnés de tous et tristement déconsidérés, trouvèrent, le seul qu'il leur restât, un asile assuré dans les temples et monastères de l'Eglise catholique. Les Conciles tenus à Rome en 826 et 853 promulguaient la décision, telle une lumière au milieu des ténèbres, en vertu de laquelle « dans tous les évêchés et dans leurs domaines, et dans tous les autres lieux où besoin était, il fallait apporter toute diligence pour établir des maîtres et des docteurs qui enseignassent régulièrement les lettres et les arts libéraux ».

Si l'Eglise romaine, à cette époque troublée, n'avait pas sauvegardé les documents anciens de la civilisation, il est certain que le genre humain eût perdu ces trésors littéraires qu'avait transmis l'antiquité.

Studiorum autem Universitas, gloriosum illud mediae aetatis institutum, quod eo tempore « Studium » vel « Generale Studium » vocabatur, Ecclesiam habet iam inde ab initio liberalissimam matrem atque patronam. Etenim, si non omnes ab Ecclesia Catholica suum duxerunt exordium Universitates, nihilo setius exploratum omnino est fere omnia antiquitatis Athenaea Romanos Pontifices aut conditores, aut saltem habuisse fautores atque duces.

Qua de re, id certo omnibus admirationem movet quantum Apostolica haec Sedes ad sacrae profanaeque doctrinae profectum contulerit, etiamsi unum saeculum consideretur. In quinquaginta et duabus Universitatibus ante annum MCCCC per litteras conditis, haud minus viginti novem per Romanos tantummodo Pontifices, ac decem praeterea per Imperatoris vel Principum documenta simulque per Apostolica Constitutiones creatae fuere. Celeberrima autem Athenaea, quae, ut alia praetereamus, Bononiae, Parisiis, Oxoniae, Salmanticae, Tolosae, Romae, Patavii, Cantabrigae, Pisis, Perusii, Florentiae, Papiae, Olisipone, Senis, Gratianopoli, Pragae, Vindobonae, Coloniae, Heidelbergae, Lipsiae, Monte Pessulano, Ferrariae, Lovanii, Basileae, Cracoviae, Vilnae, Graecii, Vallisoleti, Mexici, Compluti, Manilae, Sanctae Fidei, Quiti, Limae, Guatimalae, Calari,

---

L'Université des études, cette institution glorieuse du moyen âge, appelée à cette époque « Etude » ou « Etude générale », a dès son origine, pour mère et patronne très libérale, l'Eglise. En effet, si toutes les Universités n'ont pas été créées par l'Eglise catholique, il n'en est pas moins vrai que la plupart des Athénées eurent pour fondateurs ou en tout cas pour patrons et guides les Pontifes romains.

A ce propos, c'est certainement un sujet d'admiration pour tous de voir combien ce Siège apostolique a fait pour le développement des sciences sacrées et profanes, même à ne considérer qu'un seul siècle. Des cinquante-deux Universités fondées par lettres patentes avant 1400, au moins vingt-neuf ont été créées par les Pontifes romains seuls et dix autres par décrets de l'empereur ou des princes en même temps que par bulles papales.

Les Universités les plus célèbres qui — pour ne citer que celles-là — furent fondées à Bologne, Paris, Oxford, Salamanque, Toulouse, Rome, Padoue, Cambridge, Dublin, Pise, Pérouse, Florence, Pavie, Lisbonne, Sienna, Grenoble, Prague, Vienne, Cologne, Heidelberg, Leipzig, Montpellier, Ferrare, Louvain, Bâle, Cracovie, Vilna, Gratz, Valladolid, Mexico, Alcalá, Manille, Santa-Fé, Quito, Lima, Guate-

Leopoli atque Varsaviae constitutae sunt, ab hac Almae Urbis Ecclesia principium vel certe incrementum ceperunt.

Haud raro quidem rei publicae moderatores Ecclesiae regimini atque tutelae Universitates scholasque non paucas pedetentim subduxerunt, attamen Ecclesia, quamquam sua experts libertate omniumque rerum, quibus affluebat, copia, nihilominus, pro sibi insita natura, eiusmodi sapientiae veluti coenacula docendique instituta condere atque fovere nunquam destitit. Ob huiusmodi nempe munus, quod Ecclesia divinitus obtinet, Catholicae Religionis praecones omni prorsus ope contendunt ut prope ea, quae in barbaris regionibus construunt sacella, scholae etiam aperiantur; atque inibi non modo sacras, sed profanas quoque disciplinas pro viribus tradunt, itemque peculiaris scientiae civilisque cultus adiumenta invehunt, ad rudes illas gentes primis litterarum elementis agrorumque colendorum arte imbuendas. Quod si aliquando commenticiae cuiusdam progressionis iactatores, ad regiones illas penetrantes, quas Iesu Christi legati cruce et aratro nobilitarunt, conditas ibi scholas christianis principiis praeceptisque exuere enitentur, iidem infitiri haud poterunt Ecclesiam violatas a se litterarum sedes primam constituisse.

---

mala, Cagliari, Lwow, Varsovie, doivent à l'Eglise de Rome leur origine ou tout au moins leur développement.

Fréquemment, il est vrai, des gouvernements enlevèrent peu à peu à la direction et à la tutelle de l'Eglise de nombreuses Universités et écoles; néanmoins l'Eglise, quoique privée de sa liberté et de toutes les ressources dont elle abondait, n'a jamais cessé, obéissant à un penchant naturel, de fonder et de favoriser ces sortes de cénacles du savoir et ces chaires d'enseignement. S'inspirant de la mission propre que l'Eglise a reçue de Dieu, les hérauts de la religion catholique s'efforcent par tous les moyens d'ouvrir des écoles à côté des chapelles qu'ils construisent dans les régions barbares; et là, non seulement ils consacrent toutes leurs forces à l'enseignement des sciences sacrées, mais encore à celui des sciences profanes, transportant avec eux les instruments particuliers de la science et de la civilisation, pour donner à ces peuples ignorants les premiers éléments des lettres et de la culture des champs, Et si, un jour, les admirateurs d'un soi-disant progrès, pénétrant jusque dans ces régions que les messagers de Jésus-Christ ont ennoblies par la croix et la charrue, tentent d'y extirper les principes et les prétextes chrétiens des écoles fondées en ces lieux, ils ne pourront nier que l'Eglise a, la première, fondé ces écoles violées par eux.

Neque solum in sacrarum Missionum regionibus hominum cultum promovet Ecclesia, sed etiam, immo impensius, in iis nationibus, in quibus plus semel ipsa beneficentiae suo patrimonio despoliata est. Videre igitur est eius opera prosperas studiorum Universitates nostro quoque tempore exoriri, ut ea quae Mediolani Sacro Iesu Cordi dicata est, ut Parisiensis, Insulensis, Andegavensis, Lugdunensis, Tolosana in Gallia, ut Novioma-gensis in Hollandia, Lublinensis in Polonia, Berytensis in Syria, Vashingtoniensis in Foederatis Americae Civitatibus, Quebe-censis, Marianopolitana, Octaviensis in Canadensi regione, S. Iacobi in Chilensi Republica, Sciangaiensis et Pekinensis in Sinis, Tokiensis in Iaponia, aliaeque non paucae.

Illud praeterea luculenter ostendit Ecclesiam hominum cultum atque doctrinam impense fovisse, quod magnam semper de bibliothecis cordendis asservandisque curam habuit. A Caesa-riensi enim Bibliotheca ad Ambrosianam usque et Vaticanam quot manu scriptos codices, quot libros typis impressos haec sancta mater Ecclesia summa cum industria collegerit nemo sane enumerare poterit. Atque in comperto est prima iam christiani nominis aetate sacros pastores, ingruente periculo, bonorum suorum iacturam aequo animo passos esse, sed una

---

Ce n'est pas seulement dans les pays de missions que l'Eglise favo-rise la civilisation humaine; elle s'y intéresse encore et bien plus intensément chez ces nations qui l'ont dépouillée plus d'une fois de son héritage de bienfaisance. Aussi voit-on surgir par ses soins, même en nos temps, de prospères Universités des études, celle, par exemple, dédiée au Sacré-Cœur à Milan; celles de Paris, Lille, Angers, Lyon, Toulouse, en France; de Nimègue, en Hollande; de Lublin, en Pologne; de Beyrouth, en Syrie; de Washington, aux Etats-Unis d'Amérique; de Québec, de Montréal et d'Ottawa, au Canada; de San-tiago dans la République du Chili; de Changhaï et de Pékin, en Chine; de Tokio, au Japon, et quantité d'autres.

Une autre preuve éminente du souci qu'a eu l'Eglise de favoriser de tout son pouvoir la civilisation et la science nous est fournie par sa grande sollicitude à fonder et à conserver des bibliothèques. De la bibliothèque de Césarée jusqu'à l'Ambrosienne et à la Vaticane, com-bien de manuscrits, combien de livres imprimés, cette sainte Mère l'Eglise n'a-t-elle pas recueillis avec le plus grand empressement! Personne assurément ne pourrait les compter. On sait que déjà, dans les premiers temps du christianisme, les saints pasteurs, à l'approche du danger, supportaient d'un cœur égal la perte de leurs biens, mais

cum sacrificialibus vasis scientiae volumina diligentissime servasse. Quapropter omni prorsus fundamento destituitur falsa ea quorundam criminatio, Ecclesiam hominum mentibus ignorantiae caliginem offundere; quandoquidem Catholica Religio non insectatores metuit, qui eam martyrii gloria redimire possint, non haereses, quae suum sacrae doctrinae depositum accuratius illustrari iubeant, sed id unum timet : veritatis ignorantiam; cum pro certo habeat adversarios, dummodo eius praeceptis atque rationibus, alieno a praeiudicatis opinionibus animo, diligenter studeant, minime eam esse malevola similitate persecuturos, quemadmodum secundo iam saeculo de Christiani nominis osoribus Tertullianus asseverabat : « Desinunt odisse qui desinunt ignorare ». (*Ad Nationes*, 1, 1.)

At si Decessores Nostri, vertentibus saeculis, neque curis pepercunt neque laboribus, ut disciplinarum studia liberalesque artes alerentur quam maxime, utque omne genus magisteria multis locis instituerentur, peculiarem tamen voluntatem studiumque praecipuum in divinae doctrinae incrementum contulerunt, quippe quae ad causam sibi divinitus creditam potissimum conducat. (S. THOMAS, *Summa Theol.* p. I, q. 1, a. 5.) Iamvero Nos, gravissimi a Deo Nobis demandati muneris probe conscii,

---

qu'ils apportaient une extrême diligence à conserver, en même temps que les vases sacrés, les livres de science. Aussi est-elle dénuée de tout fondement la calomnie de certains qui prétendent que l'Eglise a entretenu les ténèbres de l'ignorance; non, la religion catholique ne craint pas les persécuteurs qui peuvent lui procurer la gloire du martyre, elle ne craint pas non plus les hérésies qui concourent à mettre plus en relief le dépôt de la doctrine sacrée qui lui a été confié; elle ne craint qu'une chose : l'ignorance de la vérité, certaine que ses adversaires cesseront de la persécuter, s'ils acceptent d'étudier soigneusement et avec un esprit libre de tout préjugé ses préceptes et ses doctrines comme le disait déjà Tertullien au 1<sup>e</sup> siècle à propos de ceux qui haïssaient le nom de chrétien : « Ils cessent de haïr ceux qui cessent d'ignorer. »

Cependant, si Nos prédécesseurs, au cours des siècles, n'ont épargné ni peines ni travaux pour donner la plus formidable impulsion à l'étude des sciences et des arts et pour ériger un peu partout toutes sortes d'écoles, ils ont spécialement appliqué leur volonté et leur zèle à développer la doctrine divine, comme étant celle qui mène le plus directement à la fin que Dieu lui a assignée.

Quant à Nous, pleinement conscients de la très grande importance

actuosissime ad sacras praesertim disciplinas animum adiecimus Nostrum, pro viribus contendentes, ut ecclesiasticae Universitates Facultatesque, sicut praecipua dignitate sua, ita etiam studiorum subtilitate scientiarumque splendore inter cetera omnia Athenaea in primis eniteant. Siquidem, vixdum ad supremi Pontificatus cathedram evecti, officii Nostri duximus eam apparare legem, qua altioris huiusmodi disciplinae Institutis, plus centum ubique gentium conditis, finis assequendus clarius proponeretur, docendi methodus accuratius praescriberetur, unius denique formae constitutio definiretur, minime tamen peculiaribus posthabiliis rerum locorumque rationibus, ita quidem ut eadem praesentibus necessitatibus omnino respondere valeant.

Omne genus errores, nostris potissimum temporibus, sapientiae specie fucari solent, quo magis ab omnibus credantur, cum doctrinae lumen plurimum possit multorum animos allicere. Per necesse igitur est eos christifideles, qui scientiarum per investigationi aptiores se praebeant, ac potissimum delectos sacrorum alumnos, fuis ad Patrem luminum precibus (*Iac. I, 17.*) memoresque illius sententiae *in malevolam animam non introibit sapientia* (*Sap. I, 4.*), penitus in sacras disciplinas et in eas,

---

du mandat que Dieu Nous a confié, Nous avons surtout, avec la plus grande attention, et de toutes nos forces, appliqué notre esprit à obtenir que les Universités et Facultés catholiques, qui sont les premières en dignité, se distinguent aussi au premier rang, parmi tous les autres instituts, par la profondeur des études et la splendeur des sciences. En effet, à peine placé dans la chair du Pontificat suprême, Nous jugeâmes de Notre devoir de préparer une loi en vertu de laquelle les instituts d'études supérieures, fondés un peu partout au nombre de plus de cent, eussent à fixer plus clairement leur but, à déterminer avec soin leur méthode d'enseignement, et à établir enfin une forme unique d'organisation, sans toutefois entraver en rien les modifications exigées par les circonstances et les lieux, de manière à pouvoir répondre entièrement aux nécessités de l'époque actuelle.

On a coutume, aujourd'hui surtout, de dissimuler les erreurs de tout genre sous le fard du savoir pour trouver ainsi plus de crédit auprès du public, sachant le prestige qu'exerce la lumière de la science sur l'esprit de la multitude. Il est donc nécessaire que les fidèles du Christ doués plus particulièrement pour les recherches scientifiques, et surtout les élèves choisis des Séminaires, après avoir imploré le Père des Lumières et s'être souvenus de cette sentence que *la sagesse n'entrera pas dans un esprit malveillant*, approfondissent

quae quomodocumque cum iisdem cohaereant, animum intendere atque ita id omne adipisci, ut possint, occasione data, catholicam veritatem rite docere et contra adversariorum incursus ac fallacias strenuissime tutari.

Equidem, pro Nostra parte pro Nostraque facultate, nihil Nobis reliqui faciemus, ut sacrae disciplinae, sicut olim in publicis studiorum Universitatibus primas ferebant, ita nunc quoque, potiozem locum teneant, cum id ditissimus postulet, quem impertiuntur, veritatis thesaurus, et salutaris ille impulsus, quem in catholica confirmanda fide, in errorum tenebris profligandis, in omnium moribus ad evangelica praecepta conformandis pro natura sua exercent. Ita enim auspicato continget, ut omnes homines, de tenebris in admirabile lumen fidei vocati (*I Petr.*, II, 9.), ad agnitionem veritatis veniant (*I Tim.*, II, 4.), et omnis intellectus, adiuvente Dei gratia, in captivatem redigatur in obsequium Christi. (*II Cor.*, X, 5.)

Quibus Nos propositis rationibusque permoti, prope Sacram Seminariorum Studiorumque Universitatum Congregationem peculiare constitutum volumus Consilium ex viris rerum intelligentia et usu praestantibus, cui quidem incumberet rebus omnibus studere atque consulere, quae ad studiorum ecclesias-

---

les sciences sacrées et celles qui leur sont connexes à un titre quelconque et les possèdent au point de pouvoir, à l'occasion, enseigner comme il convient la vérité catholique, la défendre très énergiquement contre les attaques et les sophismes des adversaires.

Quant à Nous, certes, nous ne négligerons rien de ce qui est en Notre pouvoir pour que les sciences sacrées, comme jadis dans les Universités civiles, occupent aussi maintenant le premier rang qui leur revient à cause du magnifique trésor de vérités qu'elles enseignent, et de l'appui salutaire qu'elles donnent, par leur nature même, pour confirmer la foi catholique, dissiper les ténèbres de l'erreur et conformer les mœurs de tous aux préceptes de l'Évangile.

Ainsi arrivera-t-il, fort heureusement, que tous les hommes appelés des ténèbres à la lumière admirable de la foi parviendront à la connaissance de la vérité et que toute intelligence, la grâce de Dieu aidant, sera contrainte de rendre hommage au Christ.

Ces motifs et ces raisons Nous ont déterminé à constituer auprès de la Sacrée Congrégation des Séminaires une Commission d'hommes éminents par leur intelligence et leur expérience, avec charge précisément d'étudier et de décider tout ce qui concerne l'organisation et le perfectionnement des Universités et Facultés d'études ecclésiastiques,



ticorum Universitates et Facultates ordinandas perficiendasque pertinerent — missis interim quae postea cum de aliis institutionibus tum praesertim de Pontificia Romana a S. Thoma Aquinate Academia, quam peculiari prosequimur cura, magis magisque promovenda adiungere opportunum videbitur.

Quod quidem Consilium, post diuturnam diligentemque operam, adiutum sane a lectissimis variarum nationum doctoribus, laudabili omnino sollertia concreditum sibi munus, sub auspicio ac ductu Nostro, feliciter explevit. Quapropter Nos, optata Nostra tandem ad effectum adducentes, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine has, quae sequuntur, leges et normas decernimus atque statuimus, easdemque ab omnibus, ad quos pertinent, observari iubemus.

## TITULUS I Normae generales.

### ART. 1.

Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum eae sunt, quae auctoritate Sanctae Sedis ad disciplinas sacras vel

---

en laissant de côté, pour le moment, ce qu'on pourra plus tard juger opportun de faire pour développer de plus en plus les autres institutions et surtout de l'Académie pontificale romaine de saint Thomas d'Aquin, qui Nous tient particulièrement à cœur.

Cette Commission, après un travail long et diligent, assistée d'ailleurs de docteurs éminents d'autres nations, avec un zèle en tous points louable, a heureusement terminé sa tâche sous Nos auspices et Notre direction. C'est pourquoi, mettant enfin à exécution ce que Nous étions promis de faire, après avoir mûrement réfléchi et demandé, pour autant que la chose était nécessaire, le consentement des intéressés ou de ceux qui croyaient leurs intérêts en cause, Nous avons, avec une science certaine et la plénitude du pouvoir apostolique, décrété et prescrit les lois et règlements suivants et Nous ordonnons qu'ils soient observés par tous ceux qu'ils concernent.

## TITRE I Règles générales.

### ART. 1<sup>er</sup>.

Les Universités et les Facultés d'études ecclésiastiques sont celle qui sont instituées par l'autorité du Saint-Siège pour distribuer et

cum sacris conexas tradendas et excolendas instituuntur, cum iure conferendi gradus academicos.

### ART. 2.

Universitatum et Facultatum studiorum ecclesiasticorum finis est : auditores disciplinis, quae sacrae vel cum sacris conexas sunt, secundum doctrinam catholicam altius instituere; eos ad fontium cognitionem, ad investigationis laborisque scientifici usum atque ad magisterium exercendum instruere; denique iisdem disciplinis excolendis provehendisque quam maxime consulere.

### ART. 3.

§ 1. — Facultates studiorum ecclesiasticorum censentur : Theologicae, Iuridicae, Philosophicae, aliae denique omnes, quae ad finem, de quo in art. 2, a Sancta Sede instituuntur.

§ 2. — Nomine Universitatum vel Facultatum comprehenduntur etiam haec Instituta a Sancta Sede in Urbe erecta :

Pontificium Institutum Biblicum, Pontificium Institutum Studiorum Orientalium, Pontificium Institutum Utriusque Iuris, Pontificium Institutum Archaeologiae Christianae, Pontificium Institutum Musicae Sacrae.

promouvoir les sciences sacrées ou celles se rattachant à celle-ci, avec le droit de conférer les grades académiques.

### ART. 2.

Le but des Universités ou Facultés d'études ecclésiastiques est d'enseigner plus profondément, selon la doctrine catholique, aux élèves, les sciences sacrées ou celles qui s'y rattachent; de les former à la connaissance des sources, à la pratique des recherches et des travaux scientifiques et, enfin, de contribuer le plus possible à l'étude et au développement des sciences elles-mêmes.

### ART. 3.

§ 1<sup>er</sup>. — Les Facultés d'études ecclésiastiques sont celles de théologie de droit et de philosophie et toutes les autres qui sont établies par le Saint-Siège conformément à ce qui est dit à l'article 2.

§ 2. — Sous ce nom d'Universités ou de Facultés sont compris les Instituts fondés à Rome par le Saint-Siège, à savoir : l'Institut pontifical biblique, l'Institut pontifical d'études orientales, l'Institut pontifical de Droit, l'Institut d'archéologie chrétienne, l'Institut pontifical de musique sacrée.

## ART. 4.

Canonica erectio et suprema moderatio cuiusvis Universitatis et Facultatis studiorum ecclesiasticorum, in locis quoque et Institutis quae Sacris Congregationibus pro Ecclesia Orientali et de Propaganda Fide subiecta sunt, atque etiam Facultatum quae sunt pro Religiosis Familiis quibuslibet, reservantur Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

## ART. 5.

Statuta una cum Ratione studiorum uniuscuiusque Universitatis vel Facultatis indigent approbatione Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

## ART. 6.

Solis Universitatibus vel Facultatibus canonice erectis et ad normam huius Constitutionis approbatis ius est conferendi gradus academicos qui effectus canonicos habeant, salvo praescripto art. 36 § 2.

## ART. 7.

§ 1. — Gradus academici tres sunt : Baccalaureatus, Licentia seu Prolytatus, Laurea seu Doctoratus.

## ART. 4.

L'érection canonique et le gouvernement suprême de chaque Université et Faculté d'études ecclésiastiques, aussi bien pour les régions et les Instituts dépendant des Sacrées Congrégations pour l'Eglise orientale et de la Propagation de la Foi, que pour les Facultés des différentes familles religieuses, sont réservés à la Sacrée Congrégation des Séminaires et des Universités.

## ART. 5.

Les statuts et le programme des études de chaque Université ou Faculté sont soumis à l'approbation de la Sacrée Congrégation des Séminaires et des Universités.

## ART. 6.

Seules les Universités ou Facultés érigées canoniquement et soumises aux règles de cette Constitution ont le droit de conférer les grades académiques avec effets canoniques, l'art. 36, § 2 étant observé.

## ART. 7.

§ 1<sup>er</sup>. — Il y a trois grades académiques : le baccalauréat, la licence et le doctorat.

§ 2. — Quaevis Facultas confert Licentiam et Lauream; liberum est singulis Facultatibus conferre etiam Baccalaureatum.

§ 3. — Gradus academici e disciplinis praecipuis Universitatum vel Facultatum, in quibus conferuntur appellationem trahunt.

#### ART. 8.

Baccalaureatus est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus censeatur ad curriculum persequendum pro gradibus academicis superioribus.

#### ART. 9.

Licentia est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur praestitutum studiorum curriculum absolvisse et tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit ad docendum in scholis quae gradus academicos non conferunt.

#### ART. 10.

§ 1. — Laurea est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae et peritiae specimen

§ 2. — Toute Faculté confère la licence et le doctorat; chaque Faculté est libre de conférer aussi le baccalauréat.

§ 3. — Les grades académiques prennent l'appellation que comportent les sciences principales enseignées dans les Universités ou Facultés qui les confèrent.

#### ART. 8.

Le baccalauréat est le grade académique par lequel on reconnaît à celui qui l'a obtenu qu'il a donné une telle preuve de sa science qu'il est reconnu apte à continuer ses études pour l'obtention des grades académiques supérieurs.

#### ART. 9.

La licence est le grade académique par lequel on reconnaît que celui qui l'a obtenu a parcouru le cycle des études prescrit dans le programme et a donné des preuves telles de son savoir qu'il peut être considéré comme apte à enseigner dans les écoles qui ne confèrent pas de grades académiques.

dedisse, ut idoneus haberi possit, salvo praescripto art. 21, ad docendum etiam in Universitate vel Facultate.

§ 2. — Laurea peculiaris iura confert, quae in can. 1378 C. I. C. recensentur.

§ 3. — Laurea in Re biblica, apud Pontificiam Commissionem Biblicam vel Pontificium Institutum Biblicum acquisita, eadem clericis parit iura eisdemque canonicos effectus ac Laurea in sacra Theologia.

#### ART. 11.

Ad hanc Constitutionem accommodandae sunt etiam Facultates studiorum ecclesiasticorum in civilibus Universitatibus erectae, ratione habita Conventionum quae a Sancta Sede cum variis nationibus initae sunt et adhuc vigent.

#### ART. 12.

Ad hanc Constitutionem rite exsequendam servantur Ordinationes Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

#### ART. 10.

§ 1. — Le doctorat est le grade académique reconnaissant que celui qui en est titulaire a donné des preuves telles de sa science et de son talent qu'il peut être considéré comme apte, sous réserve de l'art. 21, à enseigner dans une Université ou Faculté.

§ 2. — Le doctorat confère les droits particuliers énumérés au canon 1378 du Code de Droit canonique.

§ 3. — Le doctorat ès sciences bibliques, obtenu auprès de la Commission pontificale biblique ou à l'Institut pontifical biblique, confère aux clercs les mêmes droits et les mêmes effets canoniques que le doctorat en sacrée théologie.

#### ART. 11.

A cette loi sont également soumises les Universités d'études ecclésiastiques érigées dans les Universités d'Etat, conformément aux conventions passées entre le Saint-Siège et diverses nations et aujourd'hui en vigueur.

#### ART. 12.

En vue de l'exécution convenable de la loi promulguée par la présente Constitution, on observera les prescriptions de la Sacrée Congrégation des Séminaires et Universités.

## TITULUS II

**De personis et regimine.**

## 1. — Auctoritates Academicae — Officiales.

## ART. 13.

§ 1. — Universitatis vel Facultatis regimen exercent Auctoritates Academicae, quarum praecipuae sunt : Magnus Cancellarius, Rector Magnificus vel Praeses, Facultatum Decani.

§ 2. — Auctoritates Academicas in Universitate vel Facultate regenda et administranda adiuvant Officiales.

## ART. 14.

§ 1. — Universitati vel Facultati praeest Magnus Cancellarius, qui nomine Sanctae Sedis rebus omnibus, quae ad regimen ac studia pertinent invigilat.

§ 2. — Magnus Cancellarius est Praelatus Ordinarius a quo Universitas vel Facultas iure pendet, nisi Sancta Sedes expresse alium constituerit.

## ART. 15.

Universitas regitur a Rectore Magnifico, singulae eius Facultates a Decanis, Facultas vero quae una sit a Praeside. His autem

## TITRE II

**Des personnes et du gouvernement.**

## 1. — Les autorités académiques. — Les officiers.

## ART. 13.

§ 1<sup>er</sup>. — Ce sont les autorités académiques qui gouvernent l'Université ou la Faculté; les principales sont : le grand chancelier, le recteur magnifique ou président, le doyen de Faculté.

§ 2. — Les autorités académiques qui gouvernent ou administrent une Université ou Faculté sont secondées par des officiers.

## ART. 14.

§ 1<sup>er</sup>. — Le grand chancelier est à la tête de l'Université ou de la Faculté; au nom du Saint-Siège, il veille sur tout ce qui intéresse l'administration et les études.

§ 2. — Le grand chancelier est l'évêque de qui dépendent juridiquement l'Université ou la Faculté, à moins que le Saint-Siège n'ait désigné expressément un autre dignitaire pour le remplacer.

## ART. 15.

L'Université est régie par le recteur magnifique, chaque Faculté par des doyens; mais si une Faculté est seule, par un président.

Auctoritatibus, pro locorum consuetudine et singularum Universitatum vel Facultatum natura, ad res scientificas, disciplinares, oeconomicas administrandas unum vel plura adsunt Consilia.

ART. 16.

Rector et Praeses a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus nominantur aut saltem, sicubi ex iure peculiari ad alios eorum nominatio pertineat, eiusdem Sacrae Congregationis confirmatione indigent.

ART. 17.

Universitatis vel Facultatis Statuta definiant : num, praeter Magnum Cancellarium, Rectorem Magnificum vel Praesidem, Facultatum Decanos, habeantur aliae Auctoritates; quomodo hae et praeterea quomodo Decani Facultatum, Consilia, Officiales constituentur et quamdiu munere fungantur; quae singulorum sint officia ac iura.

ART. 18.

Si Universitas vel Facultas cum clericorum Seminario vel Collegio coniuncta sit, Statuta clare et efficaciter provideant, ut

---

A ces autorités, suivant les coutumes locales et la nature de chaque Université ou Faculté, sont adjoints un ou plusieurs conseils chargés de l'administration des affaires scientifiques, disciplinares, économiques.

ART. 16.

Le recteur et le président sont nommés par la Sacrée Congrégation des Séminaires et Universités, et au cas où, en vertu du droit particulier, leur nomination dépendrait d'autres personnes, cette nomination doit être, au moins, approuvée par la Sacrée Congrégation.

ART. 17.

Les statuts de l'Université ou de la Faculté devront déterminer si, en plus du grand chancelier, du recteur magnifique ou du président et des doyens de Facultés, il doit y avoir d'autres autorités, comment ces autorités ainsi que les doyens de Facultés, les conseils et les officiers supérieurs et inférieurs seront constitués, quels sont les droits et fonctions de chacun et combien de temps ils devront conserver leur charge.

ART. 18.

Si l'Université ou la Faculté sont jointes à un Séminaire ou Collège de clercs, on déterminera clairement et nettement leurs statuts afin

illius rectio academica ab huius vita et disciplina rite distinguatur.

## 2. — Professores.

### ART. 19.

§ 1. — In unaquaque Universitate vel Facultate iustus sit Professorum numerus. Habeantur in primis Professores ordinarii, seu qui pleno ac firmo iure in Professorum Collegium sunt cooptati.

§ 2. — Praeter Professores ordinarios sint quoque extraordinarii, seu qui, etsi debitis dotibus ornati, nondum omni ac pleno iure gaudent.

§ 3. — Pro opportunitate etiam alii assumi possunt Professores, qui ad certum tempus munere fungantur tradendi aliquam disciplinam.

### ART. 20.

Statuta Universitatis vel Facultatis decernant :

a) quot, saltem, pro numero et momento disciplinarum debeant esse Professores et quot ex iis ordinarii;

que l'institution académique soit bien distincte dans sa vie et dans sa discipline.

## 2. — Les professeurs.

### ART. 19.

§ 1<sup>er</sup>. — Dans chaque Université ou Faculté, le nombre de professeurs doit être suffisant. Il y aura d'abord les professeurs ordinaires, c'est-à-dire ceux qui de plein droit font partie du collège des professeurs.

§ 2. — Outre les professeurs ordinaires il y aura également des professeurs extraordinaires, c'est-à-dire ceux qui, bien que pourvus des titres exigés, ne jouissent pas encore pleinement de tous les droits des professeurs.

§ 3. — S'il y a lieu on pourra également prendre des professeurs qui seront chargés temporairement de donner un enseignement déterminé.

### ART. 20.

Les statuts d'Université ou de Faculté détermineront :

a) Quel est le nombre minimum de professeurs en raison de la quantité des matières et du temps consacré à chacune d'elles et parmi eux combien sont professeurs ordinaires;



b) quot sint Professorum ordines et quae cuiusque ordinis officia et iura, ratione habita iustarum consuetudinum et traditionum;

c) a quibus, quomodo, quibus condicionibus Professores cuiusque ordinis nominentur ac promoveantur.

#### ART. 21.

Ut quis in Professorum Collegium legitime cooptetur, requiritur ut :

1° doctrinae copia et bonis moribus et prudentia praefulgeat;

2° Laurea congruenti praeditus sit;

3° certis documentis, praesertim libris vel dissertationibus scriptis, se ad docendum idoneum probaverit;

4° professionem Fidei emiseric secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 § 1, 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918;

5° missionem canonicam docendi, post impetratum *Nihil obstat* Sanctae Sedis, a Magno Cancellario acceperit.

#### ART. 22.

Si quis Professor vel doctrinam catholicam laeserit vel

b) Combien il y a de catégories de professeurs et quels sont dans chacune d'elles leurs droits et leurs devoirs, étant données les coutumes et traditions locales habituelles;

c) Par qui, comment, et dans quelles conditions les professeurs de chaque catégorie sont nommés et promus.

#### ART. 21.

Pour que quelqu'un fasse légalement partie du collège des professeurs, il est nécessaire :

1° Qu'il se distingue par l'étendue de sa science, ses bonnes mœurs et sa prudence;

2° Qu'il soit pourvu du doctorat requis;

3° Que par certains travaux, en particulier par des ouvrages et dissertations écrits, il se soit montré apte à l'enseignement;

4° Qu'il ait émis sa profession de foi suivant la formule approuvée par le Saint-Siège, conformément au canon 1406 § 1, 8° du Code de Droit canonique et au décret de la Suprême Congrégation du Saint-Office, en date du 22 mars 1918;

5° Qu'il ait reçu la mission canonique d'enseigner du grand chancelier, après avoir obtenu le *Nihil obstat* du Saint-Siège.

#### ART. 22.

Si un professeur a porté atteinte à la doctrine catholique ou

a vitae integritate defecerit, pro gravitate culpae ad normam Statutorum puniatur et, si res ferat, missione canonica docendi a Magno Cancellario privetur.

### 3. — Auditores.

#### ART. 23.

Auditores dividuntur in eos qui ad gradus academicos contendunt et eos qui ad gradus academicos non contendunt.

#### ART. 24.

Ut quis in Universitatem vel Facultatem ascribi possit, exhibeat oportet,

*si sit clericus* : litteras commendatitias Praelati sui Ordinarii, servatis ceteris praescriptionibus ecclesiasticis quae forte sint;

*si sit laicus* : competentis Auctoritatis ecclesiasticae litteras testimoniales de vita et moribus.

#### ART. 25.

Ut quis in Universitatem vel Facultatem ad gradus academicos adipiscendos ascribi possit, afferre debet, praeter ea quae in

---

a commis quelque faute morale, il sera puni suivant la gravité de la faute et conformément aux prescriptions des statuts et, s'il y a lieu, privé par le grand chancelier de la mission canonique d'enseigner.

### 3. — Les auditeurs.

#### ART. 23.

Les auditeurs sont divisés en deux catégories : ceux qui étudient pour obtenir les grades académiques et ceux qui n'ont en vue aucun de ces grades.

#### ART. 24.

Pour pouvoir être inscrit dans une Université ou Faculté, il faut,  
*S'il s'agit d'un clerc* : une lettre de recommandation de l'évêque de son diocèse, toutes les autres prescriptions qui existeraient étant, par ailleurs, observées;

*S'il s'agit d'un laïque* : un certificat de bonnes vie et mœurs signé de l'autorité ecclésiastique compétente.

#### ARTICLE 25.

Pour pouvoir être inscrit dans une Université ou Faculté, en vue d'obtenir les grades académiques, il faut, en plus des prescriptions

art. 24 praecipuntur, authentica testimonia, ex quibus appareat eum :

1° curriculum medium studiorum classicorum rite absolvisse;

2° a) pro Facultate Theologica : studiis mediis classicis rite peractis, saltem per biennium universae Philosophiae scholasticae studuisse et praescripta examina superasse;

b) pro Pontificio Instituto Biblico : consecutum esse Licentiam in sacra Theologia;

c) *si sit clericus*, pro Facultate Iuris Canonici, Pontificio Instituto Studiorum Orientalium, Pontificio Instituto Utriusque Iuris, Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae, Pontificio Instituto Musicae Sacrae : cursum philosophico-theologicum ad normam can. 1365 C. I. C. complevisse.

#### ART. 26.

Nemo simul ascribi potest in plures Facultates ad gratum academicum in illis assequendos.

#### ART. 27.

Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transire licet,

mentionnées à l'art. 24, produire des témoignages authentiques attestant :

1° Qu'on a suivi le cours normal des études secondaires;

2° a) Si l'on veut entrer à la Faculté de théologie, qu'on a suivi pendant deux années au moins, après l'achèvement des études secondaires classiques, des cours de philosophie scolastique générale et subi avec succès les examens prescrits :

b) Si l'on veut entrer à l'Institut pontifical biblique, qu'on a obtenu la licence en sacrée théologie;

c) *S'il s'agit d'un clerc* désireux de suivre le cours de la Faculté de Droit canonique, de l'Institut pontifical des études orientales, de l'Institut pontifical de Droit, de l'Institut pontifical de musique sacrée, qu'il a terminé ses études de philosophie et de théologie conformément au canon 1365 du Code de Droit canonique.

#### ART. 26.

Personne ne peut être inscrit dans plusieurs Facultés en vue d'y obtenir les grades académiques.

#### ART. 27.

Il est permis de passer d'une Faculté à l'autre à la condition

servatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

ART. 28.

Auditor qui aliqua ratione deliquerit, meritis poenis ad normam Statutorum puniatur et in casibus gravioribus ab Universitate vel Facultate excludatur.

TITULUS III

**De ratione studiorum.**

1. — Methodus generalis docendi.

ART. 29.

Methodus in singulis Universitatibus vel Facultatibus talis adhibeatur, sive in disciplinis seligendis et ordinandis sive in argumentis proponendis et explicandis, qualis requiritur ut auditorum mentes ad finem, iisdem Universitatibus vel Facultatibus propositum, cohaerenter excolantur.

*Nominatim :*

a) In *Facultate Theologica* principem locum teneat sacra

d'observer les prescriptions de la Sacrée Congrégation des Séminaires et Universités.

ART. 28.

L'auditeur qui aura commis quelque manquement sera puni suivant la gravité de sa faute conformément aux règlements des études, et, dans les cas plus sérieux, exclu de l'Université ou de la Faculté.

TITRE III

**Du cours des études.**

1. — Méthode générale d'enseigner.

ART. 29.

On emploiera dans chaque Université ou Faculté, aussi bien dans le choix que dans l'ordre des matières à traiter et à exposer, une méthode telle, que l'esprit des auditeurs soit constamment formé, suivant le but poursuivi dans ces Universités ou Facultés.

*En particulier :*

a) A la *Faculté de théologie* : la première place sera donnée à la

Theologia. Haec autem disciplina methodo cum positiva tum scholastica tradenda est; ideo veritatibus fidei expositis et lex sacra Scriptura et Traditione demonstratis, earum veritatum natura et intima ratio ad principia et doctrinam S. Thomae Aquinatis investigentur et illustrentur.

b) In *Facultate Iuris Canonici* tam historia et textus legum ecclesiasticarum quam earundem ratio et nexus modo scientifico exponantur.

c) In *Facultate Philosophica* Philosophia scholastica tradatur, eaque ita ut auditores plena cohaerentique synthesi doctrinae ad methodum et principia S. Thomae Aquinatis instituantur. Ex hac autem doctrina diversa philosophorum systemata examinentur et diiudicentur.

d) In *Pontificio Instituto Biblico* disciplinae, quae ad sacram Scripturam utcumque illustrandam conducunt, ita tradantur, ut sacrarum Litterarum auctoritas cum humana tum divina vindicetur, atque sensus verbi divinitus inspirati ad mentem Ecclesiae indagetur et explicetur.

e) In *Pontificio Instituto Studiorum Orientalium* disciplinae, quae ad intellegendas condiciones religiosas totius vicini Orientis

sacrée théologie. Cette matière sera enseignée à la fois suivant la méthode positive et la méthode scolastique; c'est pourquoi les vérités de la foi étant exposées et prouvées par l'Écriture Sainte et la Tradition, la nature de ces vérités et leur raison dernière seront cherchées et expliquées suivant les principes et la doctrine de saint Thomas d'Aquin.

b) A la *Faculté de Droit canonique*, tant l'histoire et le texte des lois ecclésiastiques que leur raison et leur connexion doivent être expliqués scientifiquement.

c) A la *Faculté de philosophie*, on exposera la philosophie scolastique, de manière que les auditeurs en possèdent une synthèse complète et rationnelle, suivant la méthode et les principes de saint Thomas d'Aquin. A la lumière de cette philosophie, on étudiera et jugera les divers autres systèmes philosophiques.

d) A l'*Institut pontifical biblique*, les cours dont le but est d'expliquer de quelque façon que ce soit la Sainte Écriture seront donnés de manière que l'autorité, aussi bien humaine que divine, des Lettres Sacrées soit reconnue et que le sens du texte divinement inspiré soit recherché et expliqué.

e) A l'*Institut pontifical des études orientales*, les cours dont le but est de faire connaître la situation religieuse de tout le Proche-Orient

conducunt, ita ex ipsis fontibus illustrentur, ut auditores etiam non catholici plenam veritatem de unius Catholicae Ecclesiae missione divina percipiant.

f) In *Pontificio Instituto Utriusque Iuris*, fontibus investigatis, iuridico apparatu adhibito atque legibus inter se collatis, sive in Iure canonico sive in Iure civili, cum romano tum vigenti, solida tradatur institutio.

g) In *Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae* ita in antiqua monumenta christiana studio historico-critico inquiratur, ut auditores ad doctrinam, instituta, vitam pristinae Ecclesiae per tutam certioreque illorum monumentorum interpretationem illustranda idonei efficiantur.

h) In *Pontificio Instituto Musicae Sacrae* disciplinae methodo historico-critica et theoretico-practica ita tradantur, ut auditores, secundum normas Motu Proprio Pii Pp. X *De Musica Sacra* d. d. 22 Novembris 1903, et Constitutione Pii Pp. XI *Divini Cultus Sanctitatem* d. d. 20 Decembris 1928 editas, historia, scientia, peritia sive cantus gregoriani sive compositionis sacrorum concentuum sive organi pulsandi, in usum maxime et decus sacrae Liturgiae, instituantur.

seront donnés en puisant aux sources mêmes, de manière que les auditeurs même non catholiques entendent la pleine vérité sur la mission divine de la seule Eglise catholique.

f) A l'*Institut pontifical de Droit*, l'enseignement sera donné sur des bases solides, en recourant aux sources et en collationnant juridiquement les lois du Droit canonique avec celles du droit civil, aussi bien du Code romain ou du Code en vigueur.

g) A l'*Institut pontifical d'archéologie chrétienne*, on étudiera, en appliquant les méthodes de critique historique, les anciens monuments chrétiens, de manière que les auditeurs soient à même d'expliquer la doctrine, les institutions et la vie de la primitive Eglise par l'interprétation sûre et certaine de ses documents.

h) A l'*Institut pontifical de musique sacrée*, les cours seront donnés en appliquant les méthodes historico-critiques et théorico-pratiques, de manière que les auditeurs, conformément aux prescriptions du *Motu proprio* de Pie X *De musica sacra*, en date du 12 novembre 1903, et de la Constitution de Pie XI, *Divini cultus sanctitatem*, en date du 20 décembre 1928, apprennent l'histoire, la science, la pratique aussi bien du chant grégorien que de la composition des concerts religieux et de l'orgue, surtout pour le service et la splendeur de la liturgie sacrée.

## ART. 30.

§ 1. — In singulis Facultatibus, praeter lectiones, fiant exercitationes, quibus auditores scientificam investigandi methodum et artem proponendi etiam scriptis ea quae studio assecuti sint, sub Professorum ductu addiscant.

§ 2. — In Facultate Theologica et Philosophica habeantur disputationes scholasticae, quibus auditores doctrinam penitus cognoscere, dilucide exponere, efficaciter tueri assuescant.

## 2. — Studiorum curriculum.

## ART. 31.

Studiorum curriculum absolvitur :

- a) in Facultate Theologica annis quinque ;
- b) in Facultate Iuris Canonici annis tribus ;
- c) in Facultate Philosophica annis quattuor ;
- d) in Pontificio Instituto Biblico annis tribus ;
- e) in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium annis tribus ;
- f) in Pontificio Instituto Utriusque Iuris annis quattuor ;
- g) in Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae annis tribus ;
- h) in Pontificii Instituti Musicae Sacrae *sectione* Cantus gre-

## ART. 30.

§ 1<sup>er</sup>. — Dans chaque Faculté, en plus des leçons, auront lieu des exercices pour initier les auditeurs, sous la direction des professeurs, à la méthode scientifique de recherches et à l'art d'exposer par écrit ce qu'ils auront appris par l'étude.

§ 2. — A la Faculté de théologie et de philosophie auront lieu des controverses scolastiques en vue d'accoutumer les auditeurs à connaître à fond la doctrine, à l'expliquer clairement et à la défendre efficacement.

## 2. — Cycle des études.

## ART. 31.

Le cycle des études dure :

- a) A la Faculté de théologie, cinq années ;
- b) A la Faculté de Droit canonique, trois années ;
- c) A la Faculté de philosophie, quatre années ;
- d) A l'Institut pontifical biblique, trois années ;
- e) A l'Institut pontifical des études orientales, trois années ;
- f) A l'Institut pontifical de Droit, quatre années ;
- g) A l'Institut pontifical d'archéologie chrétienne, trois années ;
- h) A l'Institut pontifical de musique, *section* de chant grégorien,

goriani annis tribus, *sectione* Compositionis sacrorum centuum annis quinque, *sectione* Organi annis quattuor.

#### ART. 32.

Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quae ratio habenda sit graduum academicorum qui in aliis disciplinis acquisiti sint, atque studiorum alibi, praesertim in clericorum Seminariis vel Collegiis, peractorum ad curriculum opportune contrahendum, spectatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

### 3. — Disciplinae tradendae et examina.

#### ART. 33.

§ 1. — Disciplinae dividuntur in :

*principales*, quae essentialiter requiruntur ad finem Facultatis assequendum ;

*auxiliares*, quae ad principales bene tractandas necessariae sunt ;

*speciales*, quae disciplinas, sive principales sive auxiliares, complent quodammodo atque perficiunt.

§ 2. — In singulis Facultatibus, pro suis cuiusque peculia-

---

trois années; *section* de composition des concerts sacrés, cinq années; *section* de l'orgue, quatre années;

#### ART. 32.

Les statuts d'Université ou de Faculté détermineront quel compte il faut tenir des grades académiques acquis en d'autres matières et des études à faire dans d'autres établissements, surtout dans les Séminaires et collèges des clercs, en ce qui concerne le cycle à accomplir normalement, sans manquer aux ordonnances de la Sacrée Congrégation des Séminaires et des Universités.

### 3. — Matières à enseigner et examens.

#### ART. 33.

§ 1<sup>er</sup>. — Les matières sont divisées en trois catégories :

*Les principales*, c'est-à-dire requises essentiellement pour atteindre le but de la Faculté ;

*Les auxiliares*, c'est-à-dire nécessaires pour bien assimiler les principales ;

*Les spéciales*, c'est-à-dire qui complètent d'une certaine manière et perfectionnent les matières principales ou auxiliares.

§ 2. — Dans chaque Faculté, conformément à ses traditions parti-



ribus traditionibus et pro locorum rationibus, praeter disciplinas principales et auxiliares, etiam aliquot ex specialibus tradantur vel peculiare cursus de quaestionibus maioris momenti ex disciplinis sive principalibus sive auxiliaribus instituantur. Quae speciales disciplinae vel peculiare cursus apte in sectiones distribui possunt.

§ 3. — Auditoribus ad gradus academicos contendentibus praescribuntur omnes disciplinae principales et auxiliares ac praeterea una alterave ex specialibus aut aliquot cursus peculiare, ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis.

#### ART. 34.

Ad validitatem graduum academicorum examina subeunda sunt de omnibus et singulis disciplinis ad normam art. 33 § 3 praescriptis.

### TITULUS IV

#### De collatione graduum academicorum.

#### ART. 35.

Gradus academici in Universitatibus vel Facultatibus studiorum ecclesiasticorum nomine Summi Pontificis regnantis et, Sede vacante, nomine Sanctae Sedis conferuntur.

---

culières et aux usages des lieux, outre les matières principales et auxiliares on traitera quelque peu des matières particulières ou l'on donnera des leçons spéciales sur des questions importantes relatives aux matières principales ou auxiliares. Ces leçons spéciales ou cours particuliers peuvent très bien être divisés en sections.

§ 3. — Les auditeurs candidats aux grades académiques sont tenus d'étudier les matières principales et auxiliares et en outre l'une ou l'autre des matières spéciales, ou encore de suivre quelques cours particuliers, conformément aux statuts de l'Université ou de la Faculté.

#### ART. 34.

Pour la validité des grades académiques, on passera les examens sur toutes les matières, l'une après l'autre, prescrites par l'article 33, § 3.

### TITRE IV

#### De la collation des grades académiques.

#### ART. 35.

Les grades académiques sont conférés dans les Universités ou Facultés d'études ecclésiastiques au nom du Souverain Pontife régnant, et pendant la vacance du siège au nom du Saint-Siège.

## ART. 36.

§ 1. — Gradus academici ab Academiis vel Collegiis vel Institutis cuiuscumque generis quæ scholas proprias non habent, conferri nequeunt, salvo praescripto § 2.

§ 2. — Pontificia Commissio de Re Biblica, ex Litteris Apostolicis Pii Pp. X *Scripturae Sanctae* d. d. 23 Februarii 1904, Licentiam et Lauream in Re biblica conferre potest, ad normam tamen, congrua congruis referendo, praescriptorum art. 24, 25 1°, 2° b), 26, 38, 39, 40, 43 d), 44, 45 d), 46, 52.

## ART. 37.

Firmis praescriptis art. 24, 25, 26, 32, 36, ut quis ad gradus academicos consequendos admitti possit, necesse est scholas de omnibus disciplinis, ad normam art. 33 § 3 praescriptis, rite frequentaverit in Facultate canonice erecta et approbata.

## ART. 38.

Qui gradibus academicis donandi sunt professionem fidei emittant secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 § 1, 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918.

## ART. 36.

§ 1<sup>er</sup>. — Les grades académiques ne peuvent être conférés par des académies, collèges ou instituts de tous genres qui n'ont pas d'écoles dans ce but, sauf les prescriptions contenues dans le § 2.

§ 2. — La Commission pontificale biblique, suivant la Lettre apostolique du Pape Pie X *Scripturae Sacrae*, en date du 23 février 1904, peut conférer la licence et le doctorat ès sciences bibliques, en se référant néanmoins, tous droits sauvegardés, aux prescriptions des art. 25, 1° 2° b), 26, 38, 39, 40, 43 d), 44, 45 d), 46, 52.

## ART. 37.

Les prescriptions des art. 24, 25, 26, 32, 36 étant respectées, pour qu'un candidat puisse être admis à conquérir les grades académiques, il est nécessaire qu'il ait suivi régulièrement les cours sur toutes les matières prescrites en vertu de l'art. 33 § 3, dans une Faculté érigée et approuvée canoniquement.

## ART. 38.

Au moment de la collation des grades académiques, les candidats devront prononcer la profession de foi, suivant la formule approuvée par le Saint-Siège, conformément au canon 1406 § 4-8° du Code de Droit canonique et du décret de la Suprême Sacrée Congrégation du Saint-Office en date du 22 mars 1918.

## ART. 39.

Nemo Laurea donetur, nisi Licentiam antea consecutus sit.

## ART. 40.

Universitates vel Facultates Lauream *ad honorem* conferre nequeunt, nisi ex peculiari concessione singulis in casibus a Sancta Sede impetranda.

## 1. — Baccalaureatus.

## ART. 41.

Baccalaureatus conferri non potest :

- a) in sacra Theologia ante expletum annum secundum ab incepto studiorum curriculo;
- b) in Iure canonico ante expletum annum primum;
- c) in Philosophia ante expletum annum secundum;
- d) in Re biblica ante expletum annum primum;
- e) in Studiis orientalibus ante expletum annum primum;
- f) in utroque Iure ante expletum annum secundum;
- g) in Archaeologia christiana ante expletum annum primum;
- h) in Cantu gregoriano ante expletum annum primum, in

## ART. 39.

Personne ne pourra conquérir le doctorat s'il n'est déjà titulaire de la licence.

## ART. 40.

Les Universités ou Facultés ne peuvent conférer le doctorat *ad honorem*, à moins d'autorisation spéciale du Saint-Siège, à solliciter pour chaque cas particulier.

## 1. — Baccalauréat.

## ART. 41.

Le baccalauréat ne peut être conféré :

- a) En théologie sacrée, avant la première année accomplie à compter du début du cycle des études.
- b) En droit canonique, avant la seconde année accomplie;
- c) En philosophie, avant la première année accomplie;
- d) En science biblique, avant la première année accomplie;
- e) En études orientales, avant la première année accomplie;
- f) En l'un et l'autre droit avant la seconde année accomplie;
- g) En archéologie chrétienne, avant la première année accomplie;
- h) En chant grégorien, avant la première année accomplie; en

Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum tertium, in Organo ante expletum annum secundum.

ART. 42.

Firmo praescripto art. 37, qui ad Baccalaureatum contendit, talibus examinibus de disciplinis superiore tempore traditis subiciatur, ut liqueat num ad curriculum persequendum ad normam art. 8 idoneus sit.

2. — Licentia.

ART. 43.

Licentia conferri non potest :

- a) in sacra Theologia ante expletum annum quartum ab incepto studiorum curriculo;
- b) in Iure canonico ante expletum annum secundum;
- c) in Philosophia ante expletum annum tertium;
- d) in Re biblica ante expletum annum secundum;
- e) in Studiis orientalibus ante expletum annum secundum;
- f) in utroque Iure ante expletum annum tertium;

composition de concerts religieux, avant la troisième année accomplie; en orgue avant la seconde année accomplie.

ART. 42.

Les prescriptions de l'art. 37 étant observées, quiconque est candidat au baccalauréat devra subir de plus des examens sur les matières étudiées au cours de l'année écoulée, attestant clairement qu'il est apte à poursuivre le cycle des études, conformément à l'art. 8.

2. — Licence.

ART. 43.

La licence ne peut être conférée :

- a) En théologie sacrée, avant la quatrième année accomplie à compter du début du cycle des études;
- b) En droit canonique, avant la seconde année accomplie;
- c) En philosophie, avant la troisième année accomplie;
- d) En science biblique, avant la seconde année accomplie;
- e) En études orientales, avant la seconde année accomplie;
- f) En l'un et l'autre droit, avant la troisième année accomplie;

- g)* in Archaeologia christiana ante expletum annum secundum;  
*h)* in Cantu gregoriano ante expletum annum secundum,  
 in Compositione sacrorum concertuum ante expletum annum  
 quartum, in Organo ante expletum annum tertium.

## ART. 44.

Firmo praescripto art. 37, qui ad Licentiam contendit, subi-  
 ciatur examini peculiari, ex quo appareat eum sibi comparasse  
 doctrinam ad normam art. 9.

## 3. — Laurea.

## ART. 45.

Laurea conferri non potest :

- a)* in sacra Theologia ante expletum annum quintum ab  
 incepto studiorum curriculo;  
*b)* in Iure canonico ante expletum annum tertium;  
*c)* in Philosophia ante expletum annum quartum;  
*d)* in Re biblica ante expletum biennium post Licentiam;  
*e)* in Studiis orientalibus ante expletum annum tertium;

- g)* En archéologie chrétienne, avant la seconde année accomplie;  
*h)* En chant grégorien, avant la seconde année accomplie; en com-  
 position de concerts religieux, avant la quatrième année accomplie;  
 en orgue, avant la troisième année accomplie.

## ART. 44.

Les prescriptions de l'art. 37 étant observées, quiconque est candidat  
 à la licence sera soumis de plus à un examen particulier prouvant  
 qu'il possède la doctrine, conformément à l'art. 9.

## 3. — Doctorat.

## ART. 45.

Le doctorat ne peut être conféré :

- a)* En théologie sacrée, avant la cinquième année accomplie, à  
 compter du début du cycle des études;  
*b)* En droit canonique, avant la troisième année accomplie;  
*c)* En philosophie, avant la quatrième année accomplie;  
*d)* En science biblique, avant la seconde année accomplie, après la  
 licence;  
*e)* En études orientales, avant la troisième année accomplie;

- f) in utroque Iure ante expletum annum quartum;  
 g) in Archaeologia christiana ante expletum annum tertium;  
 h) in Cantu gregoriano ante expletum annum tertium; in  
 Compositione sacrorum concertuum ante expletum annum  
 quintum, in Organo ante expletum annum quartum.

#### ART. 46.

§ 1. — Candidatus, omnibus praemittendis examinibus superioris et opera exercitationibus ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis data, ut Lauream assequi possit, debet praeterea :

1° exhibere dissertationem scriptam, quae eum investigationibus scientificis aptum esse demonstret et ad scientiae profectum conducat quaeque saltem ex parte, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis, typis edatur;

2° hanc ipsam dissertationem coram Auctoritatibus Academicis et Professoribus Universitatis vel Facultatis palam defendere.

§ 2. — Universitas vel Facultas, praeter dissertationem et dissertationis defensionem, aliquod aliud statuatur experimentum a candidato coram dandum.

- f) En l'un et l'autre droit, avant la quatrième année accomplie;  
 g) En archéologie chrétienne, avant la troisième année accomplie;  
 h) En chant grégorien, avant la troisième année accomplie; en  
 composition de concerts religieux, avant la cinquième année accomplie; en orgue, avant la quatrième année accomplie.

#### ART. 46.

§ 1<sup>er</sup>. — Le candidat qui aura subi tous les examens préparatoires et accompli les travaux prescrits conformément aux statuts de l'Université ou de la Faculté devra en outre, pour obtenir le doctorat :

1° Présenter une thèse écrite qui démontrera qu'il est apte aux recherches scientifiques et qui servira à l'avancement des sciences; elle sera, au moins en partie, imprimée, conformément aux statuts de l'Université ou de la Faculté.

2° Défendre publiquement cette thèse devant les autorités académiques et les professeurs d'Université ou de Faculté.

§ 2. — L'Université ou Faculté, outre la thèse et la soutenance de la thèse, demandera au candidat de faire une leçon publique à titre d'essai sur une autre question.

## TITULUS V

**De rebus didacticis et oeconomicis.**

## 1. — Aedificium.

## ART. 47.

Quaevis Universitas vel Facultas auditoria habeat non solum scholis et exercitationibus unice destinata, sed etiam, tam amplitudine quam numero, disciplinis tradendis atque auditorum frequentiae respondentia.

## 2. — Bibliotheca et adiumenta scientifica.

## ART. 48.

In unaquaque Universitate vel Facultate bibliotheca adsit ad Professorum auditorumque usum accommodata, in ordinem redacta, opportunis catalogis instructa, quae Universitatis vel Facultatis disciplinis tam tradendis quam discendis atque exercitationibus servire possit.

## ART. 49.

Universitas vel Facultas, pro peculiari suo fine, institutis et

## TITRE V

**Questions didactiques et économiques.**

## 1. — Édifice.

## ART. 47.

Toute Université ou Faculté aura des amphithéâtres qui ne soient pas destinés uniquement aux cours et aux exercices, mais qui répondent encore, tant par leur amplitude que par leur nombre, aux matières enseignées et à l'affluence des auditeurs.

## 2. — Bibliothèques et annexes scientifiques.

## ART. 48.

Dans chaque Université ou Faculté il y aura une bibliothèque disposée à l'usage des professeurs et des auditeurs, rangée en bon ordre, pourvue de catalogues à jour, et qui puisse servir aussi bien à enseigner qu'à apprendre les matières de l'Université ou de la Faculté, ainsi qu'à accomplir les exercices prescrits à leur sujet.

## ART. 49.

L'Université ou la Faculté, suivant leur fin particulière, seront

laboratoriis scientificis ac rebus omnibus quae pro scholis requiruntur praedita sit.

### 3. — Professorum et Officialium honoraria atque auditorum tributa.

#### ART. 50.

§ 1. — Professoribus honoraria pendantur vitae honeste, pro amplissimi muneris dignitate, sustentandae et sui status necessitatibus consentanea.

§ 2. — Officialibus digna remuneratio concedatur.

#### ART. 51.

Omnibus qui Universitati vel Facultati stabiliter servierint, cum a munere, iusta de causa, cessaverint, honoraria emerita ita statuuntur, ut vitam decenter agere possint.

#### ART. 52.

Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quid auditores pro admissione, ascriptione annua, examinibus, diplomate persolvere debeant.

pourvues de locaux et laboratoires scientifiques, comme aussi de tout ce qui est nécessaire aux cours.

### 3. — Honoraires des professeurs et officiers, droits d'inscription à verser par les auditeurs.

#### ART. 50.

§ 1<sup>er</sup>. — Les professeurs recevront des honoraires suffisants pour leur permettre de mener, suivant l'importance de leur fonction, un train de vie honnête, et de subvenir aux besoins de leur état.

§ 2. — Les officiers seront rémunérés comme il convient.

#### ART. 51.

Tous ceux qui auront assuré à l'Université ou Faculté un service continu, et qui pour une cause légitime viendraient à cesser leurs fonctions, recevront une retraite qui leur permettra de mener un train de vie décente.

#### ART. 52.

Les statuts de l'Université ou de la Faculté détermineront le montant des droits d'admission, d'inscription annuelle, d'examen, que les auditeurs auront régulièrement à verser.



## TITULUS VI

**Normae transitoriae.**

## ART. 53.

Universa haec Constitutio valere incipiet a primo die anni academici 1932-1933; articuli vero 4, 35, 36, 38, 39, 40 a primo die anni academici 1931-1932.

## ART. 54.

Studia et examina, quae in Universitatibus vel Facultatibus ad gradus academicos consequendos ante annum academicum 1932-1933 secundum leges usque adhuc vigentes facta sint, valida habentur. Reliqua vero studia et examina a primo die anni academici 1932-1933, etiam auditoribus qui curriculum iam antea inceperint, faciendae sunt ad normam huius Constitutionis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationum.

## ART. 55.

Facultates Theologicae canonice erectae pro iis qui, curriculo

## TITRE VI

**Dispositions transitoires.**

## ART. 53.

La présente Constitution entre intégralement en vigueur à dater du premier jour de l'année académique 1932-1933; cependant, les articles 4, 35, 36, 38, 39, 40, seront appliqués dès le premier jour de l'année académique 1931-1932.

## ART. 54.

Les études faites et les examens passés dans des Universités ou Facultés en vue d'obtenir des grades académiques avant l'année académique 1932-1933, conformément aux lois en vigueur jusqu'ici, seront considérés comme valides. Mais pour les études et examens suivants, à dater du premier jour de l'année académique 1932-1933, même en ce qui concerne les auditeurs ayant commencé antérieurement le cycle, on appliquera les prescriptions de la présente Constitution et celles de la Sacrée Congrégation des Séminaires et Universités.

## ART. 55.

Ceux qui, après avoir parcouru le cycle des études philosophico-

philosophico-theologico ad normam can. 1365 C. I. C. expleto, aliquas disciplinas theologicas altius pleniusque excolere intendunt, manere permittuntur, donec Sanctae Sedi aliud visum fuerit; interim tamen Statuta sua, quantum salvo peculiari earum fine fieri potest, ad hanc Constitutionem et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accommodare debent.

#### ART. 56.

Omnes Universitates vel Facultates studiorum ecclesiasticorum a Sancta Sede iam erectae et approbatae, comprehensis his de quibus in art. 55, Statuta sua, ad hanc Constitutionem et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accommodata, ante diem trigesimum mensis Iunii anni 1932 eidem Sacrae Congregationi exhibere debent, simul cum relatione de vita academica et oeconomica superioris triennii.

#### ART. 57.

Si qua Universitas vel Facultas praescripto art. 56 non

théologiques, conformément aux prescriptions du canon 1365 du Code de Droit canonique, désirent étudier plus à fond quelques parties de la théologie dans les Facultés de théologie érigées canoniquement, pourront rester dans lesdites Facultés jusqu'à ce que le Saint-Siège en dispose autrement; cependant, pour autant que leur fin particulière le leur permettra, ces Facultés devront accommoder leurs statuts à la présente Constitution et aux prescriptions de la Sacrée Congrégation des Séminaires et des Universités.

#### ART. 56.

Toutes les Universités ou Facultés d'études ecclésiastiques érigées et approuvées jusqu'ici par le Saint-Siège, y compris celles dont il est question à l'art. 55, devront, avant le 30 juin 1932, soumettre leurs statuts à modifier suivant la présente Constitution et les prescriptions de la Sacrée Congrégation des Séminaires et Universités; elles présenteront en même temps un rapport sur la vie académique et économique des trois dernières années.

#### ART. 57.

Si une Université ou Faculté ne se conforme pas aux prescriptions.

obtemperaverit, ius vel privilegium gradus academicos conferendi ipso facto amittet.

#### ART. 58.

Vigentes in praesenti contra hanc Constitutionem leges vel consuetudines, sive universales sive particulares, etiam specialissima et individua mentione dignae, abrogantur. Item privilegia a Sancta Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, quae eiusdem Constitutionis praescriptis contraria sint, omnino revocantur.

Volumus denique ut praesentium Litterarum exemplis etiam impressis, sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel in officio constituti munitis et nomine alicuius notarii publici subscripto, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Quae autem per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus, mandavimus, rata omnia et firma consistere ac permanere auctoritate Nostra volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

de l'art. 56, elle perd *ipso facto* le droit ou privilège de conférer des grades académiques.

#### ART. 58.

Les lois ou coutumes actuellement en vigueur ou en usage, contraires à la présente Constitution apostolique, aussi bien générales que particulières, ou tout à fait spéciales et individuelles, sont abrogées. Sont de même entièrement abrogés les privilèges accordés jusqu'à ce jour par le Saint-Siège aux personnes physiques ou morales qui seraient en contradiction avec les prescriptions de cette Constitution.

Nous voulons enfin qu'aux exemplaires même imprimés de la présente Lettre, munis du sceau d'un homme constitué en dignité ou en charge ecclésiastique, et contresignés du nom d'un notaire public, on ajoute la même foi qu'on accorderait à ladite Lettre si elle était exhibée et montrée.

Ce que Nous avons établi, décrété, prescrit, mandé par la présente Constitution, Nous en voulons et ordonnons par Notre propre autorité l'entière ratification et confirmation, nonobstant toutes choses contraires.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo primo, die vicesima quarta mensis Maii, in Festo Pentecostes, Pontificatus Nostri anno decimo.

FR. ANDREAS card. FRUHWIRTH,  
*Cancellarius S. R. E.*

CAJETANUS card. BISLETI,  
*Sacrae Congreg. de Seminariis  
et Studiorum Universitatibus  
Praefectus.*

JOSEPH WILPERT, *Decanus Collegii Protonotariorum Apost.*

VINCENTIUS BIANCHI-CAGLIESI, *Protonotarius Apostolicus.*

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le vingt-quatre mai, en la fête de la Pentecôte, en l'année mil neuf cent trente et un, de Notre pontificat la dixième.

FR. ANDRÉ card. FRÜHWIRTH,  
*Chancelier de la S. E. R.*

CAJETAN card. BISLETI,  
*Préfet de la S. Cong. des Séminaires  
et Universités.*

JOSEPH WILPERT, *Doyen du Collège des Protonotaires Apost.*

VINCENT BIANCHI-CAGLIESI, *Protonotaire Apostolique.*

# LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES ITEMQUE AD CHRISTIFIDELES CATHOLICI ORBIS UNIVERSOS :

de ordine sociali instaurando et ad evangelicae legis normam perficiendo, in annum XL post editas Leonis XIII Litteras Encyclicas « Rerum novarum ».

---

## PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES, DILECTE FILI,  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quadragesimo anno expleto, ex quo fel. rec. Leonis XIII egregiae Litterae *Rerum novarum* prodire, universus orbis

---

## LETTRE ENCYCLIQUE

AUX PATRIARCHES, PRIMATS, ARCHEVÊQUES, ÉVÊQUES ET AUTRES ORDINAIRES DE LIEU, EN PAIX ET COMMUNION AVEC LE SIÈGE APOSTOLIQUE,

sur la restauration de l'ordre social en pleine conformité avec les préceptes de l'Évangile, à l'occasion du quarantième anniversaire de l'Encyclique « Rerum novarum ».

---

## PIE XI, PAPE

VÉNÉRABLES FRÈRES ET TRÈS CHERS FILS,  
SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Quarante ans s'étant écoulés depuis la publication de la magistrale Encyclique de Léon XIII *Rerum novarum*, l'univers catholique tout

catholicus grata recordatione perfunditur, easque digna celebratione commemorandas suscipit.

Et sane, quamquam insigni illi pastoralis sollicitudinis documento viam quodammodo straverant eiusdem Decessoris Nostri Litterae sive de societatis humanae principio, quod est familia et venerandum matrimonii Sacramentum (Litt. Encycl. *Arcanum*, 10 Febr. 1880), sive de origine civilis potestatis (Litt. Encycl. *Diuturnum*, 29 Iunii 1881) eiusque ordinata cum Ecclesia colligatione (Litt. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885), sive de praecipuis civium christianorum officiis (Litt. Encycl. *Sapientiae christianae*, 10 Ian. 1890), sive adversus « socialistarum » placita (Litt. Encycl. *Quod apostolici muneris*, 28 Dec. 1878) et pravam de humana libertate doctrinam (Litt. Encycl. *Libertas*, 20 Iunii 1888) aliaeque id genus, quae Leonis XIII mentem abunde expresserant, Encyclicae tamen Litterae *Rerum novarum* hoc peculiare habuerunt prae ceteris, quod universo humano generi ad arduam de humana consortione causam, quam « socialem quaestionem » appellant, rite solvendam tutissimas statuerunt normas cum maxime id opportunum atque adeo necessarium erat.

Nam saeculo undevicesimo ad exitum properante, novum rei oeconomicae obortum genus novaque industriae incrementa in plerisque nationibus eo devenerant, ut hominum communitas

---

entier, dans un grand élan de reconnaissance, a entrepris de commémorer avec l'éclat qu'il mérite ce remarquable document.

Il est vrai qu'à cet insigne témoignage de sa sollicitude pastorale, Notre Prédécesseur avait pour ainsi dire préparé les voies par d'autres lettres sur la famille et le vénérable sacrement de mariage, ces fondements de la société humaine, sur l'origine du pouvoir civil et l'ordre des relations qui l'unissent à l'Eglise, sur les principaux devoirs des citoyens chrétiens contre les erreurs du socialisme et les fausses théories de la liberté humaine, et d'autres encore où se révèle pleinement sa pensée. Mais ce qui distingue entre toutes l'Encyclique *Rerum novarum*, c'est qu'à une heure très opportune où s'en faisait sentir une particulière nécessité, elle a donné à l'humanité des directives très sûres pour résoudre les difficiles problèmes que pose la vie en société et dont l'ensemble constitue la « question sociale ».

Au déclin du XIX<sup>e</sup> siècle, l'évolution économique et les développements nouveaux de l'industrie tendaient, en presque toutes les nations, à diviser toujours davantage la société en deux classes : d'un côté,

magis magisque in duas classes dispersita appareret : quarum altera quidem numero exigua, vix non omnibus fruebatur commodis a modernis inventis tam copiose allatis; altera vero, ingentem complectens opificum multitudinem, calamitosa egestate pressa, frustra ex angustiis, in quibus versabatur, excedere contendebat.

Rerum condicionem facile profecto ferebant ii, qui, divitiis abundantes, eam necessariis oeconomiae legibus inductam putabant, ideoque totam de miseris sublevandis curam uni caritati demandatam volebant, perinde quasi caritas iustitiae violationem a legumlatoribus non modo toleratam, sed interdum sancitam, tegere debuisset. Contra duriore fortuna conflictati aegerrime id tolerabant durissimoque iugo diutius colla supponere detrectabant opifices, quorum alii, malorum consiliorum aestu abrepti, omnium rerum perturbationem appetebant, alii, quos christiana institutio a pravis huiusmodi conatibus abstergeret, in ea tamen sententia perstabant, plurima hac in re prorsus et quam cito esse reformanda.

Nec aliter sentiebant complures illi catholici viri, sive sacerdotes sive laici, quos miranda sane caritas ad immeritam proletariorum inopiam sublevandam iam diu concitaverat, quique sibi persuadere nullatenus poterant tam ingens tamque iniquum

---

une minorité de riches jouissant à peu près de toutes les commodités qu'offrent en si grande abondance les inventions modernes; de l'autre, une multitude immense de travailleurs réduits à une angoissante misère et s'efforçant en vain d'en sortir.

Cette situation était acceptée sans aucune difficulté par ceux qui largement pourvus des biens de ce monde, ne voyaient là qu'un effet nécessaire des lois économiques et abandonnaient à la charité tout le soin de soulager les malheureux, comme si la charité devait couvrir ces violations de la justice que le législateur humain tolérait et parfois même sanctionnait. Mais les ouvriers, durement éprouvés par cet état de choses, le supportaient avec impatience et se refusaient à subir plus longtemps un joug si pesant. Certains d'entre eux, mis en effervescence par de mauvais conseils, aspiraient au bouleversement total de la société. Et ceux-là mêmes que leur éducation chrétienne détournait de ces mauvais entraînements restaient convaincus de l'urgente nécessité d'une réforme profonde.

Telle était aussi la persuasion de nombreux catholiques, prêtres et laïques, qu'une admirable charité inclinait depuis si longtemps vers les misères imméritées du peuple et qui se refusaient à admettre

in temporalium bonorum distributione discrimen cum Sapientissimi Creatoris consiliis revera congruere.

Profecto ad lugendam hanc rerum publicarum deordinationem praesens hi remedium, firmumque contra peiora pericula munimen sincere quaerebant; sed, quae est humanarum mentium vel optimarum imbecillitas, hinc ut perniciosi novatores repulsi, illinc ab ipsis boni operis sociis aliorum consiliorum fautoribus impediti, inter varias opiniones incerti, quo se verterent ancipites haerebant.

In tanta igitur animorum conflictione, cum ultro citroque, nec semper pacifice exerceretur lis, ut saepe alias, omnium oculi ad Petri Cathedram adiciebantur, ad sacrum hoc totius veritatis depositum, unde verba salutis in universum orbem effunduntur; atque ad pedes Christi in terris Vicarii insueta quadam frequentia confluentes, et rerum socialium periti, et operum conductores, et opifices ipsi, uno ore efflagitabant ut tandem sibi tutum indicaretur iter.

Diu haec omnia secum coram Deo perpendit prudentissimus Pontifex, peritissimos quosque in consilium accivit, rerum momenta hinc inde attente pensitavit; ac tandem, « Apostolici muneris conscientia » monente (Litt. Encycl. *Rerum novarum*,

qu'une si criante inégalité dans le partage des biens de ce monde répondit aux vœux infiniment sages du Créateur.

Et ils cherchaient sincèrement le moyen de remédier au désordre qui affligeait alors la société et de prévenir efficacement les maux plus graves encore qui la menaçaient. Mais telle est l'infirmité de l'esprit humain, même chez les meilleurs, que, repoussés d'un côté comme dangereux novateurs, paralysés de l'autre par les divergences de vœux qui se manifestaient même dans leurs rangs, ils hésitaient entre les diverses écoles, ne sachant dans quelle direction s'orienter.

Dans ce conflit qui divisait si profondément les esprits, non sans dommage pour la paix, une fois de plus tous les yeux se tournèrent vers la Chaire de Pierre, depositaire sacrée de toute vérité, d'où les paroles qui sauvent se répandent sur l'univers. Un courant d'une ampleur inaccoutumée porta aux pieds du Vicaire de Jésus-Christ sur terre des foules de savants, d'industriels, de travailleurs même, unanimes à solliciter des directives sûres qui mettraient un terme à leurs hésitations.

Longtemps, dans sa grande prudence, le Pontife médita devant Dieu; il fit venir pour les consulter les personnalités les plus compétentes, il considéra le problème attentivement, sous toutes ses faces,



15 Maii 1891, n. 1), ne officium taciturnitate neglexisse videretur (Cf. Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 13), universam Christi Ecclesiam atque adeo humanum genus universum pro divino magisterio sibi credito alloqui statuit.

Intonuit ergo die XV Maii anni MDCCCXCI vox illa diu expectata, eaque neque rei difficultate deterrita neque senio debilitata, sed experrecta virtute humanam familiam novas in re sociali docuit aggredi vias.

Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, et optime calletis mirabilem doctrinam, quae Litteras Encyclicas *Rerum novarum* ad temporum memoriam insignes fecit. In his optimus Pastor, tam magnam hominum partem dolens « in misera calamitosaque fortuna indigne versari, opificum causam, quos inhumanitati dominorum effrenataeque competitorum cupiditati solitarios atque indefensos tempus tradiderat » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 2), magno animo per se ipse tuendam suscepit, nihil auxilii petens neque a liberalismo neque a socialismo, quorum alter ad causam socialem legitime dirimendam prorsus impotentem sese probaverat, alter remedium proponens, quod malum ipsum longe superaret, humanam societatem in peiora pericula coniecisset.

---

et enfin, obéissant à la « conscience de sa charge apostolique », craignant, s'il gardait le silence, de paraître avoir négligé son devoir, il décida d'exercer le divin ministère qui lui était confié en adressant la parole à l'Eglise du Christ et au genre humain tout entier.

Alors, le 15 mai 1891, retentit la voix si longtemps attendue, voix que ni les difficultés n'avaient effrayée, ni l'âge affaiblie, mais qui, avec une vigoureuse hardiesse, orientait, sur le terrain social, l'humanité dans les voies nouvelles.

Vous connaissez, Vénérables Frères et très chers Fils, vous connaissez fort bien l'admirable doctrine qui fait de l'Encyclique *Rerum novarum* un document inoubliable.

Le grand Pape y déplore que les hommes des classes inférieures « se trouvent en si grand nombre dans une situation d'infortune et de misère imméritée; il y prend lui-même courageusement en main la défense des travailleurs que le malheur des temps avait livrés, isolés et sans défense, à des maîtres inhumains et à la cupidité d'une concurrence effrénée ». Il ne demande rien au libéralisme, rien non plus au socialisme, le premier s'étant révélé totalement impuissant à bien résoudre la question sociale, et le second proposant un remède pire que le mal, qui eût fait courir à la société humaine de plus grands dangers.

Pontifex vero, iure suo plane usus atque probe tenens religionis custodiam dispensationemque earum rerum, quae cum illa arcto vinculo sociantur, sibi potissimum commissas fuisse, cum causa ageretur, « cuius exitus probabilis quidem nullus, nisi advocata religione Ecclesiaeque », reperiretur (Cf. Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 13), immutabilibus principiis exactae rationis ac divinae revelationis thesauro depromptis tantum innixus, « iura et officia, quibus locupletes et proletarios, eos qui rem et eos qui operam conferant, inter se oportet contineri » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 1), atque etiam quid Ecclesia, quid rei publicae principes, quid ii ipsi quorum interest praestare debeant, confidenter et *sicut potestatem habens* (*Matth.* VII, 29) indicavit atque proclamavit.

Nec frustra intonuit Apostolica vox; quin immo, stupentes eam audivere, maximoque persecuti sunt favore non modo oboedientes Ecclesiae filii, sed etiam complures a veritate aut ab unitate fidei longe aberrantes, et vix non omnes quotquot de re sociali et oeconomica sive privato studio sive legibus ferendis solliciti deinceps fuere.

Sed maxime laetabundi Litteras illas exceperunt christiani opifices, qui se a suprema in terris Auctoritate vindicatos et defensos senserunt, iique omnes generosi viri qui, de opificum

---

Mais, fort de son droit et de la mission toute spéciale qu'il a reçue de veiller sur la religion et sur les intérêts qui s'y rattachent, sachant la question présente de telle nature « qu'à moins de faire appel à la religion et à l'Eglise, il était impossible de lui trouver jamais une solution acceptable », s'appuyant uniquement sur les principes immuables de la droite raison et de la révélation divine, le Pontife définit et proclame, *avec une autorité sûre d'elle-même*, « les droits et les devoirs qui règlent les rapports entre riches et prolétaires, capital et travail », la part respective de l'Eglise, de l'autorité publique et des intéressés dans la solution des conflits sociaux.

Ce n'est pas en vain que retentit la parole apostolique. Ceux qui l'entendirent la reçurent avec une admiration reconnaissante, non seulement les fils obéissants de l'Eglise, mais beaucoup d'autres égarés dans l'incroyance ou dans l'erreur, et presque tous ceux qui, depuis, dans le domaine de la spéculation ou de la législation, traitèrent des questions économiques et sociales.

Mais, surtout, quelle fut la joie parmi les travailleurs chrétiens, qui se sentaient compris et défendus par la plus haute Autorité qui soit sur terre, et parmi les hommes généreux, soucieux depuis long-

levanda condicione iam diu solliciti, nihil fere adhuc invenerant nisi multorum incuriam atque adeo odiosas plurium suspiciones sin minus apertas hostilitates. Iure igitur hi omnes Apostolicas Litteras tantis deinceps honoribus semper honestarunt, ut passim soleant varia pro variis locis grati animi significatione illarum memoriam quotannis recolere.

In tanto animorum concentu non defuerunt tamen qui non-nihil commoverentur; quo factum est, ut tam nobilis et alta Leonis XIII doctrina mundanis auribus prorsus nova, a quibusdam vel inter catholicos in suspicionem vocaretur, quosdam vero etiam offenderet. Per eam enim liberalismi idola audacter impetita evertabantur, inveterata praeiudicia nihili fiebant, tempora praeter spem praevertabantur, ita ut et tardi corde novam hanc philosophiam sociale ediscere aspernarentur, et animo pavidi fastigium illud ascendere pertimescerent. Fuerunt etiam qui hanc lucem quidem admirarentur, sed fictam quandam perfectionis speciem optandam magis quam expectandam reputarent.

Opportunum ergo ducimus, Venerabiles Fratres et dilecti Filii, dum sollemnis commemoratio quadragesimi anniversarii Litterarum *Rerum novarum* tanto animi fervore ab omnibus

---

temps d'améliorer le sort des ouvriers, mais qui n'avaient guère rencontré jusque-là que l'indifférence, d'injustes soupçons, quand ce n'était pas une hostilité déclarée! Tous, ils entourèrent dès lors à juste titre cette Lettre de tant d'honneur que diverses régions, chacune à sa manière, en rappellent tous les ans le souvenir par des manifestations de reconnaissance.

Au milieu de ce concert d'approbations, il y eut cependant quelques esprits qui furent un peu troublés; et, par suite, l'enseignement de Léon XIII, si noble, si élevé, complètement nouveau pour le monde, provoqua, même chez certains catholiques, de la défiance, voire du scandale. Il renversait, en effet, si audacieusement les idoles du libéralisme, ne tenait aucun compte de préjugés invétérés et anticipait sur l'avenir : les hommes trop attachés au passé dédaignèrent cette nouvelle philosophie sociale, les esprits timides redoutèrent de monter à de telles hauteurs; d'autres, tout en admirant ce lumineux idéal, jugèrent qu'il était chimérique et que sa réalisation, on pouvait la souhaiter, mais non l'espérer.

C'est pourquoi, Vénérables Frères et très chers Fils, à l'heure où le quarantième anniversaire de l'Encyclique *Rerum novarum* est célébré avec tant de ferveur dans tout l'univers, surtout par les

ubique, maxime vero ab opificibus catholicis undique in hanc Almam Urbem confluentibus, celebratur, hac uti occasione ut, quae magna ex iis in Ecclesiam catholicam atque adeo in humanam societatem universam redundarunt bona recolamus; tanti Magistri doctrinam de re sociali et oeconomica, a dubitationibus quibusdam vindicatam, enucleatius quoad quaedam capita evolvamus; denique oeconomia hodierna in iudicium vocata et socialismi cognita causa, radicem praesentis socialis turbationis detegamus simulque unam salutiferae instaurationis viam ostendamus, christianam nempe morum reformationem. Haec omnia, quae tractanda suscipimus, tria constituent capita, in quibus exponendis praesentes hae Litterae totae versabuntur.

## I

Atque, ut ab eo initium capiamus, quod primo loco dicendum proposuimus, temperare Nobis non possumus quin, monitum secuti S. Ambrosii dicentis : « Nullum referenda gratia maius esse officium » (S. AMBROS., *De excessu fratris sui Satyri*, lib. I, 44), amplissimas Deo O. M. referamus grates ob ingentia quae ex Leonianis Litteris Ecclesiae et societati humanae beneficia obvenerunt. Quae quidem beneficia si vel cursim comme-

---

ouvriers catholiques qui, de toutes parts, affluent vers la Ville Eternelle, Nous jugeons l'occasion opportune de rappeler les grands bienfaits qu'ont retirés de cette Lettre l'Eglise catholique et l'humanité tout entière; Nous défendrons ensuite contre certaines hésitations sa magistrale doctrine économique, et Nous en développerons quelques points; portant enfin un jugement sur le régime économique d'aujourd'hui et faisant le procès du socialisme, Nous indiquerons la racine des troubles sociaux actuels et montrerons la seule route possible vers une salutaire restauration, savoir la réforme chrétienne des mœurs. Cet ensemble de questions que Nous allons traiter formeront trois chapitres dont le développement constituera toute la présente Encyclique.

## I

Et pour aborder le premier des points que Nous sommes fixés, Nous ne pouvons nous empêcher, selon ce conseil de saint Ambroise : « l'action de grâces est le premier de nos devoirs », de faire tout d'abord monter vers Dieu d'abondantes actions de grâces pour les bienfaits si considérables apportés par l'Encyclique de Léon XIII à l'Eglise et au genre humain. Si Nous voulions les passer en revue,

morare velimus, vix non solida horum quadraginta annorum historia, ad rem socialem quod attinet, esset in memoriam revocanda. Ea tamen ad tria potissimum capita commode redigi possunt, secundum tria auxiliorum genera, quae Decessor Noster ad magnum suum instaurationis opus perficiendum exoptabat.

Et primum quidem, quid ab Ecclesia expectandum esset ipse Leo luculenter edixerat : « Videlicet Ecclesia est, quae promit ex Evangelio doctrinas quarum virtute aut plane componi certamen potest, aut certe fieri, detracta asperitate, mollius; eademque est, quae non instruere mentem tantummodo, sed regere vitam et mores singulorum praeceptis suis contendit; quae statum ipsum proletariorum ad meliora promovet pluribus utilissime institutis. » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 13.)

Iamvero pretiosos hos latices Ecclesia inertes in sinu suo haerere nullatenus est passa, sed ad commune exoptatae pacis bonum copiose inde hausit. Quam enim doctrinam de re sociali et oeconomica Litterae *Rerum novarum* tradiderant, eam ipse Leo XIII eiusque Successores iterum iterumque qua voce qua scriptis proclamare et urgere ac rerum temporumque rationibus convenienter aptare pro re nata non destiterunt, paternam semper prae se ferentes caritatem et pastorem constantiam, in pauperum maxime ac debiliu[m] defensione (Satis sit aliqua

même rapidement, c'est presque toute l'histoire des quarante dernières années en ce qui concerne les choses sociales, qu'il faudrait évoquer ici.

Mais on peut facilement tout ramener à trois chefs, suivant les trois geures d'intervention souhaités par Notre Prédécesseur pour accomplir sa grande œuvre de restauration.

En premier lieu, Léon XIII a lui-même nettement exposé ce qu'il faut attendre de l'Eglise : « C'est l'Eglise, dit-il, qui puise dans l'Evangile des doctrines capables soit de mettre fin au conflit, soit au moins de l'adoucir, en lui enlevant tout ce qu'il a d'âpreté et d'aigreur, l'Eglise qui ne se contente pas d'éclairer l'esprit de ses enseignements, mais s'efforce encore de conformer à ceux-ci la vie et les mœurs de chacun, l'Eglise qui, par une foule d'institutions éminemment bien-faisantes, tend à améliorer le sort des classes pauvres. »

Ces précieuses ressources, l'Eglise ne les a pas laissées inemployées, mais elle les a largement exploitées pour le bien de la paix sociale. Par leurs paroles, par leurs écrits, et Léon XIII et ses successeurs ont

tantum eorum indicare : LEO XIII, Litt. Apostol. *Praeclara*, 20 Iunii 1894; Litt. Encycl. *Graves de communi*, 18 Jan. 1901. — PIUS X, Motu proprio *De Actione populari christiana*, 8 Dec. 1903. — BENEDICTUS XV, Litt. Encycl. *Ab beatissimi*, 1 Nov. 1914. — PIUS XI, Litt. Encycl. *Ubi arcano*, 23 Dec. 1922; Litt. Encycl. *Rite expiatis*, 30 Apr. 1926); nec aliter se gesserunt tot Sacrorum Antistites, qui eandem doctrinam assidue ac scite interpretati, commentationibus illustrarunt atque ad diversarum regionum condiciones secundum Sanctae Sedis mentem et institutiones accommodandam curarunt. (Cf. *La Hiérarchie catholique et le Problème social depuis l'Encyclique « Rerum novarum »*, 1891-1931, p. xvi-335 : edidit « Union internationale d'Etudes sociales fondée à Malines, en 1920, sous la présidence du card. Mercier ». Paris, éditions « Spes », 1931.)

Nil igitur mirum quod, Ecclesia duce et magistra, complures docti viri, sive ecclesiastici sive laici, socialem et oeconomicam disciplinam secundum nostrae aetatis rationes evolvendam sint naviter aggressi, eo studio praecipue ducti, ut immutata prorsus atque immutabilis Ecclesiae doctrina novis necessitatibus efficacius occurreret.

Atque ita, Leonianis illis Litteris viam demonstrantibus et lumen afferentibus, vera quaedam disciplina socialis catholica

continué à prêcher avec insistance la doctrine sociale et économique de l'Encyclique *Rerum novarum*; ils n'ont pas cessé d'en presser l'application et l'adaptation aux temps et aux circonstances, faisant toujours preuve d'une sollicitude particulière et toute paternelle envers les pauvres et les faibles dont, en fermes pasteurs, ils se sont faits les défenseurs. Avec autant de science et de zèle, de nombreux évêques ont interprété la même doctrine, l'ont éclairée de leurs commentaires, et adaptée aux situations des divers pays, suivant les décisions et la pensée du Saint-Siège.

Aussi n'est-il pas étonnant que, sous la direction du magistère ecclésiastique, des hommes de science, prêtres et laïques, se soient attachés avec ardeur à développer, selon les besoins du temps, les disciplines économiques et sociales, se proposant avant tout d'appliquer à des besoins nouveaux les principes immuables de la doctrine de l'Eglise.

Ainsi s'est constituée, sous les auspices et dans la lumière de l'Encyclique de Léon XIII, une science sociale catholique, qui grandit

exorta est, quam cotidie impigra opera fovent ac ditant lecti illi viri, quos Ecclesiae adiutores appellavimus. Qui quidem non in eruditis umbraculis delitescere sinunt, sed in solem atque pulverem eam producant, quemadmodum scholae apprime utiles atque celebratae, in Catholicis Universitatibus, Academiis, Seminariis institutae; sociales conventus, seu « hebdomadae », saepius habiti laetisque cumulati fructibus, studiorum excitata coenacula; opportuna denique et sana scripta quaquaversus et quacumque ratione vulgata, luculenter ostendunt.

Neque his tantum limitibus utilitas circumscribitur, quae ex Leoniano documento promanavit; siquidem doctrina Litteris *Rerum novarum* tradita sensim sine sensu in eos quoque irrepsit, qui catholicae unitatis exsortes, Ecclesiae potestatem non agnoscunt; quo factum, ut catholica de re sociali principia paulatim in totius humanae societatis patrimonium transierint, aeternasque veritates quas cl. mem. Decessor Noster tam alte proclamavit, non modo in acatholicis quoque ephemeridibus et libris, verum etiam in legumlatorum curiis aut tribunalium rostris crebro adductas atque vindicatas gratulemur.

Quid vero, quod post immane bellum potiorum nationum

et s'enrichit chaque jour, grâce à l'incessant labeur des hommes d'élite que nous avons appelés les auxiliaires de l'Eglise. Et cette science ne s'enferme pas dans d'obscurs travaux d'école; elle se produit au grand jour et affronte la lutte, comme le prouvent excellemment l'enseignement, si utile et si apprécié, institué dans les Universités catholiques, les Académies et les Séminaires, les Congrès, ou « Semaines sociales », tenus tant de fois avec de si beaux résultats, les cercles d'études, les excellentes publications de tout genre si opportunément répandues.

Là ne se bornent pas les services rendus par la Lettre de Léon XIII; car ses leçons ont fini par pénétrer insensiblement ceux-là mêmes qui, privés du bienfait de l'unité catholique, ne reconnaissent pas l'autorité de l'Eglise.

Ainsi les principes du catholicisme en matière sociale sont devenus peu à peu le patrimoine commun de l'humanité. Et Nous Nous félicitons de voir souvent les éternelles vérités proclamées par Notre Prédecesseur d'illustre mémoire, invoquées et défendues non seulement dans la presse et les livres même non catholiques, mais au sein des Parlements et devant les tribunaux.

Bien plus, après une épouvantable guerre, les hommes d'Etat des principales Puissances ont cherché à consolider la paix par une

rectores pacem, renovatis ex integro socialibus condicionibus, redintegrantes, inter statutas normas quae opificum laborem ad ius et aequum moderarentur, plurima sanxerunt quae cum Leonianis principiis et monitis tam mirifice congruunt, ut ex iis data opera deducta videantur? Litterae nimirum *Rerum novarum* documentum exstiterunt memorandum, in easque iure converti possunt verba Isaiae : *Levabit signum in nationes!* (Is. xi, 12.)

Interea, dum scientificis investigationibus praeaeuntibus, late in hominum mentes Leoniana praecepta diffunduntur, ad eorundem usum ventum est. Atque in primis actiosa cum benevolentia sedulae curae collatae sunt ad eorum hominum classem erigendam, quae ob recentiora artium incrementa in immensum quidem aucta, aequum in humana consortione locum seu gradum nondum obtinuerat, proptereaque neglecta paene et despecta iacebat : opifices dicimus, quibus excolendis impigram statim ex utroque clero sacerdotes, quamvis aliis pastoralibus curis distenti, Episcopis praeaeuntibus, manum admoverunt magno cum illarum animarum fructu. Qui quidem constans labor in opificum animos christiano spiritu imbuendos susceptus, plurimum quoque iuvat, ad eos de sua vera dignitate conscios efficiendos habilesque reddendos, qui iuribus et officiis

---

réforme profonde des conditions sociales; parmi les normes données pour régler le travail des ouvriers selon la justice et l'équité, ils ont adopté un grand nombre de dispositions en tel accord avec les principes et les directives de Léon XIII qu'il semble qu'on les en ait expressément tirées. L'Encyclique *Rerum novarum* fut sans aucun doute un document mémorable, et on peut lui appliquer en toute vérité la parole d'Isaïe : *C'est un signe levé parmi les nations.*

Cependant, tandis que, grâce aux travaux d'ordre théorique, les principes de Léon XIII se répandaient dans les esprits, on en venait aussi à la pratique. Et d'abord, une active bonne volonté s'est employée avec zèle à relever cette classe d'hommes qui, immensément accrue par suite des progrès de l'industrie, n'avait cependant pas obtenu dans l'organisme de la société une place équitable et se trouvait, de ce fait, abandonnée et presque méprisée. C'est des ouvriers que nous parlons, de ces ouvriers dont, aussitôt, malgré les autres soucis accablants de leur ministère, des membres des deux clergés, sous la conduite des évêques, se sont occupés avec grand fruit pour les âmes. Cet effort persévérant, qui visait à imprégner les ouvriers de l'esprit chrétien, contribua en outre à leur faire prendre conscience de leur véritable dignité, à les éclairer sur les droits et les devoirs de leur classe,



suae classis clare propositis, legitime et prospere progredientur atque adeo reliquorum duces fient.

Exinde uberiora vitae adiumenta tutius sunt comparata; nam non modo beneficentiae et caritatis opera, secundum Pontificis hortationes, multiplicari sunt coepta; sed praeterea ubique novae quoque et copiosiores in dies institutae consociationes, quibus Ecclesiae consilio ac plerumque Sacerdotum ductu, opifices, artifices, agricolae, mercenarii denique cuiusque generis mutuum auxilium mutuamque opem et praestant simul et accipiunt.

Ad civilem vero potestatem quod attinet, Leo XIII, fines a liberalismo impositos audacter transiliens, intrepide docet eam non meram esse habendam iurium rectique ordinis custodem, sed potius omni ope ei enitendum esse, ut « tota ratione legum atque institutorum..., ex ipsa conformatione atque institutione rei publicae ultro prosperitas tam communitatis quam privatorum efflorescat » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 26). Singulis sane cum civibus tum familiis iustam agendi libertatem permittendam; id tamen servato bono communi et remota cuiusquam iniuria. Rei publicae autem moderatorum esse com-

à les rendre capables d'aller de l'avant dans la voie d'un juste progrès, et de devenir même les chefs de leurs compagnons.

De là vinrent aussi aux ouvriers des moyens d'existence plus abondants et moins incertains, car non seulement on commença, ainsi qu'y invitait le Pontife, à multiplier les œuvres de bienfaisance et de charité, mais on vit se fonder partout, de jour en jour plus nombreuses, suivant le vœu de l'Eglise, et souvent sous la conduite des prêtres, de nouvelles associations d'entr'aide et de secours mutuels groupant les ouvriers, les artisans, les agriculteurs, les travailleurs de toute espèce.

Quant au rôle des pouvoirs publics, Léon XIII franchit avec audace les barrières dans lesquelles le libéralisme avait contenu leur intervention; il ne craint pas d'enseigner que l'Etat n'est pas seulement le gardien de l'ordre et du droit, mais qu'il doit travailler énergiquement à ce que, par tout l'ensemble des lois et des institutions, « la constitution et l'administration de la société... fassent fleurir naturellement la prospérité tant publique que privée ». Sans doute, il doit laisser aux individus et aux familles une juste liberté d'action, à la condition pourtant que le bien commun soit sauvegardé et qu'on ne fasse injure à personne. Il appartient aux gouvernants de protéger la communauté et les membres qui la composent; toutefois, dans la pro-

muneribus eiusque partes tueri; sed in ipsis protegendis privatorum iuribus, praecipue infirmorum atque inopum rationem esse habendam. « Siquidem natio divitum, suis saepa praesidiis, minus eget tutela publica; miserum vulgus, nullis opibus suis tutum, in patrocinio reipublicae maxime innititur. Quocirca mercenarios, cum in multitudine egena numerentur, debet cura providentiaeque singulari complecti respublica. » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 29.)

Non equidem negamus quosdam populorum moderatores iam ante Leonianas Litteras urgentioribus quibusdam opificum necessitatibus consuluisse atrocioresque iniurias contra eos illatas repressisse. Postquam vero a Petri Cathedra vox Apostolica in orbem universum personuit, gentium moderatores, tandem muneris plenius conscii, ad uberiores politicam socialem promovendam animum cogitationemque adiecerunt.

Reapse Encyclicae Litterae *Rerum novarum*, labantibus liberalismi placitis, quae iam diu efficacem gubernantium operam impediabant, populos ipsos ad politicam quandam socialem verius impensiusque fovendam impulerunt, et optimos quosque catholicos viros ad utilem reipublicae rectoribus operam hac in re praestandam tantopere concitarunt, ut crebro novae huius

---

tection des droits privés, ils doivent se préoccuper d'une manière spéciale des faibles et des indigents. « La classe riche se fait comme un rempart de ses richesses et a moins besoin de la tutelle publique. La classe indigente, au contraire, sans richesses pour la mettre à couvert, compte surtout sur la protection de l'Etat. Que l'Etat entoure donc de soins et d'une sollicitude particulière les travailleurs qui appartiennent à la classe des pauvres. »

Loin de nous la pensée de méconnaître que, même avant Léon XIII, plus d'un gouvernement avait déjà pourvu aux nécessités les plus pressantes des ouvriers et réprouvé les abus les plus criants dont ils étaient victimes. Mais c'est seulement quand de la Chaire de saint Pierre la voix du Souverain Pontife eut retenti par tout l'univers, que les hommes d'Etat, prenant plus pleinement conscience de leur mission, s'appliquèrent à pratiquer une large politique sociale.

Car, tandis que chancelaient les faux dogmes du libéralisme qui paralysaient depuis longtemps toute intervention efficace des pouvoirs publics, l'Encyclique déterminait dans les masses elles-mêmes un puissant mouvement favorable à une politique plus franchement sociale; elle assurait aux gouvernants le précieux appui des meilleurs catholiques, qui furent souvent, dans les assemblées parlementaires,

politicae etiam in publicorum legatorum coetibus perillustres fautores exstiterint; quin et ipsae recens conditae sociales leges haud raro a sacris Ecclesiae ministris Leoniana doctrina penitus imbutis popularium oratorum suffragiis propositae sunt earumque exsecutio vehementer exacta ac promota.

Ex hoc autem continenti atque indefesso labore nova iuris disciplinae sectio superiori aetati prorsus ignota orta est, quae sacra opificum iura ab hominis christianique dignitate profuentia fortiter tuetur : animam, sanitatem, vires, familiam, domos, officinas, mercedem, laboris pericula, omnia demum quae ad mercenariorum condicionem pertinent, hae leges protegenda suscipiunt, maxime quod ad mulieres puerosque attinet. Quod si huiusmodi statuta cum Leonianis monitis non ubique nec in omnibus examussim conveniunt, negari tamen nequit in iis multa deprehendi quae Litteras *Rerum novarum* redolent, quibus plurimum est referendum si opificum condicio in melius fuit mutata.

Postremo providentissimus Pontifex ostendit dominos ipsosque opifices multa hac in causa posse, « iis videlicet institutis, quorum ope et opportune subveniatur indigentibus, et ordo

---

les promoteurs illustres de la législation nouvelle. Bien plus, c'est par des prêtres, profondément pénétrés des doctrines de Léon XIII, que plusieurs lois sociales récentes ont été proposées aux suffrages des Parlements; c'est par leurs soins vigilants qu'elles ont reçu leur pleine exécution.

De cet effort persévérant un droit nouveau est né, qu'ignorait complètement le siècle dernier, assurant aux ouvriers le respect des droits sacrés qu'ils tiennent de leur dignité d'hommes et de chrétiens. Les travailleurs, leur santé, leurs forces, leur famille, leur logement, l'atelier, les salaires, l'assurance contre les risques du travail, en un mot tout ce qui regarde la condition des ouvriers, des femmes spécialement et des enfants, voilà l'objet de ces lois protectrices.

Si ces dispositions ne sont pas toujours ni partout en parfaite conformité avec les règles fixées par Léon XIII, il est cependant indéniable qu'on y perçoit souvent l'écho de l'Encyclique *Rerum novarum*, à laquelle on peut dès lors, pour une grande part, attribuer les améliorations déjà apportées à la condition des ouvriers.

Le sage Pontife montrait enfin que les patrons et les ouvriers eux-mêmes pouvaient singulièrement aider à la solution de la question sociale, « par toutes les œuvres propres à soulager l'indigence et à opérer un rapprochement entre les deux classes ». Entre ces

alter propius accedat ad alterum » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 36). Principem vero locum inter haec instituta tribuendum affirmat sodalitiis, quae sive solos opifices sive opifices simul et heros complecterentur; in quibus illustrandis et commendandis multus est, eorum natura, causa, opportunitate, iuribus, officiis, legibus mira prorsus sapientia declaratis.

Quae quidem documenta opportune prorsus edita sunt : ea quippe tempestate in nonnullis nationibus qui rei publicae gubernacula tractabant, liberalismo plane addicti, sodalitiis huiusmodi operariorum parum favebant, immo aperte adversabantur; similesque aliarum hominum classium consociationes ultro agnoscentes patrociniisque sospitantes, nefaria iniuria nativum in societatem coeundi ius iis denegabant, quibus maxime opus erat, ut a potentiorum vexationibus sese defenderent; neque inter ipsos catholicos deerant, qui operariorum conatus ad huiusmodi sodalitia ineunda obliquis oculis aspicerent, ac si quendam socialisticum aut seditiosum spiritum saperent.

Maxima igitur commendatione normae a Leone XIII pro sua auctoritate traditae dignae habentur, quae has oppositiones infringere et suspiciones dissiicere potuerint; sed praestantiores quoque sunt factae, quod christianos opifices ad mutuas secun-

œuvres, la première place revient, à son avis, aux associations, soit composées seulement d'ouvriers, soit réunissant à la fois ouvriers et patrons. Le Pontife s'attarde longuement à en faire l'éloge et à les recommander, et, en des pages magistrales, il en explique la nature, la raison d'être, l'opportunité, les droits, les devoirs, les principes régulateurs.

Cet enseignement, certes, venait à un moment des plus opportuns. Car, en plus d'un pays à cette époque, les pouvoirs publics, imbus de libéralisme, témoignaient peu de sympathie pour ces groupements ouvriers et même les combattaient ouvertement. Ils reconnaissaient volontiers et appuyaient des associations analogues fondées dans d'autres classes; mais, par une injustice criante, ils déniaient le droit naturel d'association à ceux-là qui en avaient le plus grand besoin pour se défendre contre l'exploitation des plus forts. Même dans certains milieux catholiques, les efforts des ouvriers vers ce genre d'organisation étaient vus de mauvais œil, comme d'inspiration socialiste ou révolutionnaire.

Les directives si autorisées de Léon XIII eurent le grand mérite de briser ces oppositions et de désarmer ces méfiances. Elles ont encore un plus beau titre de gloire, c'est d'avoir encouragé les travailleurs

dum varia artium genera consociationes instituendas hortatae sunt modumque id praestandi eos docuerunt, eorumque bene multos in officii via valde confirmarunt, quos socialistarum consociationes, seipsas ut unicum humilium ac oppressorum praesidium et vindices venditantes, vehementer alliciebant.

Peropportune autem declarabant Encyclicae Litterae *Rerum novarum* in condendis hisce consociationibus « ita constitui itaque gubernari opificum collegia oportere, ut instrumenta suppeditent aptissima maximeque expedita ad id, quod est propositum, quodque in eo consistit ut singuli e societate incrementum bonorum corporis, animi, rei familiaris, quoad potest, assequantur »; perspicuum vero esse, « ad perfectionem pietatis et morum tanquam ad causam praecipuam spectari oportere : eaque potissimum causa disciplinam sociale penitus dirigendam ». (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 42.) Etenim « socialium legum posito in religione fundamento, pronum est iter ad stabilienda sociorum rationes mutuas, ut convictus quietus ac res florentes consequantur ». (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 43.)

His autem sodalitiis instituendis laudabili sane sedulitate sese devoverunt ubique cum clerus tum laici complures, inte-

---

chrétiens dans la voie des organisations professionnelles, de leur avoir montré la marche à suivre, et d'avoir retenu sur le chemin du devoir plus d'un ouvrier violemment tenté de donner son nom à ces organisations socialistes, qui se prétendaient effrontément seule protection et unique secours des humbles et des opprimés.

En ce qui concerne la création de ces associations, l'Encyclique *Rerum novarum* observait fort à propos « qu'on doit organiser et gouverner les groupements professionnels de façon qu'ils fournissent à chacun de leurs membres les moyens propres à lui faire atteindre, par la voie la plus commode et la plus courte, le but qui est proposé et qui consiste dans l'accroissement le plus grand possible, pour chacun, des biens du corps, de l'esprit et de la famille »; il est clair cependant « qu'il faut avoir en vue le perfectionnement moral et religieux comme l'objet principal; c'est surtout cette fin qui doit régler toute l'économie de ces sociétés ». En effet, « la religion ainsi constituée comme fondement de toutes les lois sociales, il n'est pas difficile de déterminer les relations mutuelles à établir entre les membres pour obtenir la paix et la prospérité de la société ».

A fonder de telles associations, partout, prêtres et laïcs se sont consacrés nombreux, avec un zèle digne d'éloges, désireux de réaliser

grum Leonis XIII propositum exsequi revera cupientes. Atque ita huiusmodi consociationes finxerunt opifices vere christianos, qui, diligens suae artis exercitium cum salutaribus religionis praeceptis amice sociantes, propria temporalia negotia ac iura efficaciter ac firmiter defenderent, servato debito iustitiae obsequio et sincero cum aliis societatis classibus collaborandi studio, ad christianam totius vitae socialis renovationem.

Quae Leonis XIII consilia ac monita alii aliter secundum varias locorum rationes ad effectum adduxerunt. Etenim in quibusdam regionibus una eademque consociatio omnes a Pontifice praestitutos fines perseguendos suscepit; in aliis vero, rerum adiunctis id suadentibus vel postulantibus, ad quandam operae divisionem deventum est, distinctaeque sunt conditae consociationes, quarum aliae ad sodalium iura atque legitima commoda in operae mercatu defendenda incumberent, aliae mutuum in rebus oeconomicis adiutorium praestandum curarent, aliae denique religiosis ac moralibus officiis aliisque id genus muneribus adimplendis omnem operam conferrent suam.

Altera haec via ibi potissimum inita est, ubi sive patriae leges, sive certa quaedam oeconomica instituta, sive lugenda illa in hodierna societate tam late patens animorum et cordium

---

intégralement la pensée de Léon XIII. Ainsi ces associations formèrent-elles des ouvriers foncièrement chrétiens, sachant allier harmonieusement l'exercice diligent de leur profession avec de solides principes religieux, capables de défendre efficacement leurs droits et leurs intérêts temporels, avec une fermeté qui n'exclut ni le respect de la justice ni le désir sincère de collaborer avec les autres classes au renouvellement chrétien de la société.

Les idées et les directives de Léon XIII ont été réalisées de diverses manières, selon les lieux et les circonstances. En certaines régions, une seule et même association se proposa d'atteindre tous les buts assignés par le Pontife. Ailleurs, on préféra recourir, selon qu'y invitait la situation, en quelque sorte à une division du travail, laissant à des groupements spéciaux le soin de défendre sur le marché du travail les droits et les justes intérêts des associés, à d'autres la mission d'organiser l'entraide dans les questions économiques, tandis que d'autres enfin se consacraient tout entiers aux seuls besoins religieux et moraux de leurs membres ou à d'autres tâches du même ordre.

Cette seconde méthode a prévalu là surtout où, soit la législation, soit certaines pratiques de la vie économique, soit la déplorable division des esprits et des cœurs, si profonde dans la société moderne,

dissensio atque urgens contra conferta novarum rerum moli-  
torum agmina stadiis viribusque coniunctis resistendi necessitas,  
impedimento erat, quominus catholici catholicos syndicus  
condere possent. In ea enim rerum condicione vix non cogi  
videntur syndicatibus neutris se adscribere, qui tamen semper  
iustitiam et aequitatem profiteantur et sociis catholicis plenam  
suae conscientiae providendi atque Ecclesiae mandatis obtempe-  
randi libertatem faciant. Episcoporum sane est, ubi has consoci-  
ationes ex rerum adiunctis necessarias neque religioni pericu-  
losas noverint, approbare ut eis adhaereant catholici opifices,  
habitis tamen prae oculis principiis et cautionibus, quas sanctae  
memoriae Decessor Noster Pius X commendabat (Pius X, Litt.  
Encycl. *Singulari quadam*, 24 Sept. 1912); quarum quidem  
cautionum prima et praecipua haec est, ut simul cum illis syn-  
dicatibus semper adsint sodalitia, quae religionis ac morum  
disciplina socios imbuere et formare studiose satagant, ut hi  
deinde syndicales consortiones eo bono spiritu permeare valeant,  
quo in tota sua agendi ratione dirigi debent : quo fiet ut soda-  
litia haec etiam ultra suorum asseclarum ambitum fructus con-  
ferant optimos.

Itaque, Leonianis Litteris id acceptum referendum est, quod  
hae opificum consociationes ubique ita effloerint, ut iam

---

soit encore l'urgente nécessité d'opposer un front unique à la poussée  
des ennemis de l'ordre, empêchaient de fonder des syndicats net-  
tement catholiques. Dans de telles conjonctures, les ouvriers catho-  
liques se voient pratiquement contraints de donner leurs noms à des  
syndicats neutres, où cependant l'on respecte la justice et l'équité, et  
où pleine liberté est laissée aux fidèles d'obéir à leur conscience et  
à la voix de l'Eglise. Il appartient aux évêques, s'ils reconnaissent  
que ces associations sont imposées par les circonstances et ne pré-  
sentent pas de danger pour la religion, d'approuver que les ouvriers  
catholiques y donnent leur adhésion, observant toutefois à cet égard  
les règles et les précautions recommandées par Notre Prédécesseur de  
sainte mémoire Pie X. Entre ces précautions, la première et la plus  
importante est que, toujours, à côté de ces syndicats, existeront alors  
d'autres associations qui s'emploient à donner à leurs membres une  
sérieuse formation religieuse et morale, afin qu'à leur tour ils infusent  
aux organisations syndicales le bon esprit qui doit animer toute leur  
activité. Ainsi, il arrivera que ces groupements exerceront une  
influence qui dépasse même le cercle de leurs membres.

C'est donc bien grâce à l'Encyclique de Léon XIII que partout ces

nunc, quamquam socialistarum et communistarum sodalitiis adhuc — proh dolor — superantur numero, permagnam cogant opificum multitudinem, et valide possint tam intra cuiusque nationis fines quam in conventibus amplioribus iura et legitima catholicorum opificum postulata vindicare atque adeo salutifera christiana de societate principia urgere.

Accedit praeterea quod, quae de nativo sese consociandi iure Leo XIII tam scite disseruit ac valide propugnavit, ea ad alia quoque, eaque non tantum operariorum, sodalitia facile applicari coepta sunt; quare, iisdem Leonianis Litteris haud exigua ex parte tribuendum videtur, quod etiam inter agricolas aliosque mediae condicionis homines tantopere florere et augeri in dies cernuntur utilissimae huiusmodi consociationes, aliaque id genus instituta, quibus cum oeconomico emolumento animorum cultus feliciter copulatur.

Quod si idem affirmari nequit de sodalitiis, quae inter operum conductores et industriae rectores ab eodem Decessore Nostro vehementer instituenda exoptabantur, quaeque profecto sat pauca esse dolemus, id non penitus hominum voluntati tribuendum est, sed difficultatibus longe gravioribus quae huiusmodi sodalitiis obsistunt, quasque Nos optime scimus et debita

---

syndicats ouvriers se sont développés, au point que leurs effectifs, s'ils sont malheureusement encore inférieurs à ceux des associations socialistes et communistes, rassemblent pourtant déjà, à l'intérieur des divers pays comme dans les Congrès internationaux, une masse imposante d'affiliés capables de soutenir vigoureusement les droits et les légitimes revendications des travailleurs chrétiens et même de pousser à l'application des principes chrétiens en matière sociale.

De plus, les enseignements si sages et les directions si nettes de Léon XIII sur le droit naturel d'association ont commencé à trouver leur application pour d'autres groupements que les groupements d'ouvriers. Sa Lettre n'est pas sans avoir contribué beaucoup à l'apparition et au développement, de jour en jour plus manifeste, d'utiles associations parmi les agriculteurs et dans les classes moyennes, et d'autres institutions du même genre où la poursuite des intérêts économiques s'unit heureusement à une tâche éducatrice.

On n'en peut dire autant, il est vrai, des associations que Notre Prédécesseur désirait si vivement voir se former entre patrons et chefs d'industrie; Nous regrettons beaucoup qu'elles soient si rares. Sans doute ce n'est point seulement par la faute des hommes, car des difficultés fort grandes y font obstacle; Nous les connaissons et Nous les



ratione pensamus. Firma autem affulget spes brevi fore ut haec quoque impedimenta dirimantur, atque intimo animi Nostri gaudio iam nunc salutamus quaedam nec inania hac in re tentamina, quorum uberes fructus uberiores in futurum colligendos primitunt. (Cf. Epist. Sacrae Congr. Concilii ad Episcopum Insulensem, 5 Iunii 1929.)

Haec autem omnia, Venerabiles Fratres dilectique Filii, Leonianarum Litterarum beneficia, quae delibando potius quam describendo commemoravimus, tot tantaque sunt, ut plane ostendant immortalis illo documento non commenticiam utut pulcherrimam humanae societatis speciem exhiberi; at potius Decessorem Nostrum ex Evangelio, ideoque ex fonte semper vivo et vitali, hausisse doctrinas, quae exitiale illud et intestinum humanam familiam dilacerans certamen, sin minus statim componere, valde tamen mitigare queat. Huius vero boni seminis, ante quadraginta annos tam copiose sati, partem in terram bonam cecidisse laetae testantur fruges, quae Christi Ecclesia atque humanum genus universum, Deo favente, inde collegit ad salutem. Nec temere dici potest Leonianas Litteras, longinqui temporis usu, *Magnam Chartam* sese probasse, in qua tota christiana in re sociali activitas tanquam fundamento nitatur oporteat. Qui autem easdem Pontificias Litteras earumque

---

apprécions à leur juste valeur. Nous n'en avons pas moins le ferme espoir que ces obstacles disparaîtront bientôt et Nous saluons avec grande joie et du fond du cœur les essais heureusement tentés sur ce point et dont les résultats déjà notables promettent pour l'avenir des fruits plus grands encore.

Tous ces bienfaits dus à l'Encyclique de Léon XIII, Nous les avons esquissés plutôt que décrits; ils attestent avec éclat, par leur nombre et leur importance, que l'immortel document n'était pas seulement l'expression d'un idéal social magnifique, mais irréal. Bien au contraire, Notre Prédécesseur a puisé dans l'Évangile, vivante source de vie, une doctrine capable, sinon de faire cesser tout de suite, du moins d'atténuer beaucoup la lutte mortelle qui déchire l'humanité. Que la bonne semence, largement jetée il y a quarante ans, soit tombée pour une part dans une bonne terre, Nous en avons pour gage les fruits consolants qu'avec le secours de Dieu en ont recueillis l'Église du Christ et le genre humain tout entier. Aussi peut-on dire que l'Encyclique de Léon XIII s'est révélée, avec le temps, la Grande Charte qui doit être le fondement de toute activité chrétienne en matière sociale. Qui ferait peu de cas de cette Encyclique et de sa

commemorationem parvipendere videntur, ii vel quod ignorant blasphemant, vel de iis, quae utcumque norunt, nihil intellegunt, vel, si intellegunt, iniuriae et ingratitude sollemniter redarguuntur.

Verum, cum, hoc eodem annorum fluxu, et dubia quaedam, de nonnullis Leonianarum Litterarum partibus recte interpretandis aut de consecrariis inde deducendis prodierint, quae inter ipsos catholicos non semper quietis controversiis ansam dederunt; et ex altera parte novae nostrae aetatis necessitates mutataeque rerum condiciones accuratiorem Leonianae doctrinae applicationem vel etiam additamenta quaedam necessaria redderint, opportunam perlubenter arripimus occasionem, his dubiis hisque hodiernae aetatis postulationibus pro munere Nostro Apostolico, quo omnibus debitores sumus (Cf. *Rom.* 1, 14), quantum in Nobis est, faciendi satis.

## II

Sed ante quam ad haec explananda accedamus, illud praestituendum est, quod iam pridem Leo XIII luculenter confirmavit, ius officiumque Nobis inesse de rebus istis socialibus et economicis suprema auctoritate iudicandi. (Cf. *Litt. Encycl. Rerum*

---

commémoration solennelle montrerait qu'il méprise ce qu'il ignore, ou ne comprend pas ce qu'il connaît à moitié, ou, s'il comprend, mérite de se voir jeter à la face son injustice et son ingratitude.

Mais avec le temps aussi, des doutes se sont élevés sur la légitime interprétation de plusieurs passages de l'Encyclique ou sur les conséquences qu'il fallait en tirer, ce qui a été l'occasion entre les catholiques eux-mêmes de controverses parfois assez vives; comme, par ailleurs, les besoins de notre époque et les changements survenus dans la situation générale demandent une application plus exacte des enseignements de Léon XIII ou même exigent des compléments, Nous sommes heureux de saisir cette occasion, selon Notre charge apostolique qui Nous fait débiteur de tous, pour répondre, dans la mesure du possible, à ces doutes et aux questions qui se posent actuellement.

## II

Mais, avant d'aborder ces explications, Nous devons rappeler tout d'abord le principe, déjà mis en pleine lumière par Léon XIII, que Nous avons le droit et le devoir de Nous prononcer avec une souveraine autorité sur ces problèmes sociaux et économiques.

*novarum*, n. 13.) Profecto Ecclesiae non haec fuit demandata provincia, homines ad fluxam solum et caducam felicitatem dirigendi, sed ad aeternam; immo « terrenis hisce negotiis sine ratione se immiscere nefas putat Ecclesia » (Litt. Encycl. *Ubi arcano*, 23 Dec. 1922). Ast renuntiare nullatenus potest muneri sibi a Deo concredito, ut auctoritatem interponat suam non iis quidem, quae artis sunt, ad quae neque mediis aptis est instructa nec officio praedita; sed in iis omnibus quae ad regulam morum referuntur. Quantum enim ad haec attinet, depositum veritatis Nobis a Deo commissum gravissimumque munus legis moralis universae divulgandae, interpretandae atque etiam opportune importune urgendae, supremo Nostro iudicio cum socialium ordinem rerum, tum res ipsas oeconomicas subiicit et subdit.

Nam, etsi oeconomicae res et moralis disciplina in suo quaeque ambitu suis utantur principiis, error tamen est oeconomicum ordinem et moralem ita dissitos ac inter se alienos dicere, ut ex hoc ille nulla ratione pendeat. Sane oeconomicae quae dicuntur leges, ex ipsis rerum naturis et humani corporis animique indole profectae, statuunt quidem quosnam fines hominis efficientia non possit, quosnam possit quibusque adhibitis mediis

---

Sans doute, c'est à l'éternelle félicité et non pas à une prospérité passagère seulement que l'Eglise a reçu la mission de conduire l'humanité; et même, « elle ne se reconnaît point le droit de s'immiscer sans raison dans la conduite des affaires temporelles ». A aucun prix toutefois elle ne peut abdiquer la charge que Dieu lui a confiée et qui lui fait une loi d'intervenir, non certes dans le domaine technique, à l'égard duquel elle est dépourvue de moyens appropriés et de compétence, mais en tout ce qui touche à la loi morale. En ces matières, en effet, le dépôt de la vérité qui Nous est confié d'En-Haut et la très grave obligation qui Nous incombe de promulguer, d'interpréter et de prêcher, en dépit de tout, la loi morale, soumettent également à Notre suprême autorité l'ordre social et l'ordre économique.

Car, s'il est vrai que la science économique et la discipline des mœurs relèvent, chacune dans sa sphère, de principes propres, il y aurait néanmoins erreur à affirmer que l'ordre économique et l'ordre moral sont si éloignés l'un de l'autre, si étrangers l'un à l'autre, que le premier ne dépend en aucune manière du second. Sans doute, les lois économiques, fondées sur la nature des choses et sur les aptitudes de l'âme et du corps humain, nous font connaître quelles fins, dans cet ordre, restent hors de la portée de l'activité humaine, quelles

in campo oeconomico persequi; ipsa vero ratio ex rerum et hominis individua socialique natura finem rei oeconomicae universae a Deo Creatore praescriptum aperte manifestat.

Una autem est lex moralis, qua iubemur, quemadmodum in omni nostra agendi ratione finem nostrum supremum et ultimum, ita in singulis quoque generibus eos fines recta quaerere, quos a natura seu potius ab auctore naturae Deo huic rerum agendarum ordini propositos esse intelligimus, ordinataque colligatione hos illi substernere. Cui legi si fideliter obtemperabimus, fiet ut peculiare fines, cum individuales tum sociales, in re oeconomica quaesiti, in universum finium ordinem apte inserantur nosque per eos, quasi per gradus, ascendentes finem omnium rerum ultimum assequamur, Deum scilicet, Sibi et nobis summum et inexhaustum bonum.

Iam ut ad singula descendamus, initium facimus a dominio seu iure proprietatis. Nostis, Venerabiles Fratres dilectique Filii, felicitis recordationis Praedecessorem Nostrum contra socialistarum suae aetatis placita fortiter ius proprietatis defendisse, cum ostenderet privati domini eversionem non in com-

fins au contraire elle peut se proposer, ainsi que les moyens qui lui permettront de les réaliser; de son côté la raison déduit clairement de la nature des choses et de la nature individuelle et sociale de l'homme la fin suprême que le Créateur assigne à l'ordre économique tout entier.

Mais seule la loi morale Nous demande de poursuivre, dans les différents domaines entre lesquels se partage Notre activité, les fins particulières que Nous leur voyons imposées par la nature ou plutôt par Dieu, l'auteur même de la nature, et de les subordonner toutes, harmonieusement combinées, à la fin suprême et dernière qu'elle assigne à tous nos efforts. Du fidèle accomplissement de cette loi, il résultera que tous les buts particuliers poursuivis dans le domaine économique, soit par les individus, soit par la société, s'harmoniseront parfaitement dans l'ordre universel des fins et Nous aideront efficacement à arriver comme par degrés au terme suprême de toutes choses, Dieu, qui est pour lui-même et pour nous le souverain et l'inépuisable Bien.

Abordant le détail des questions que Nous Nous proposons de traiter, Nous commençons par le droit de propriété.

Vous n'ignorez pas, Vénérables Frères et très chers Fils, avec quelle énergie Notre Prédécesseur, d'heureuse mémoire, s'est fait le défenseur de la propriété privée contre les erreurs socialistes de son temps et comment il a montré que son abolition, loin de servir les intérêts

modum sed in extremam opificum classis perniciem esse cesuram. Cum vero sint qui Summum Pontificem atque ipsam Ecclesiam, quasi locupletium partes contra proletarios egisset et adhuc agat, calumnientur, quo nihil sane est iniuriosius, dissideantque catholici inter se de vera germanaque Leonis sententia, visum est eam, id est catholicam de hac re doctrinam, et a calumniis vindicare et a falsis interpretationibus tueri.

Primo igitur pro comperto et explorato habeatur neque Leonem neque eos qui, Ecclesia duce et magistra, docuere theologos, negasse unquam vel in dubium vocasse duplicem dominii rationem, quam individualement vocant et sociale; prout singulos respicit vel ad bonum spectat commune; sed semper uno ore affirmasse a natura seu a Creatore ipso ius dominii privati hominibus esse tributum, cum ut sibi familiaeque singuli providere possint, tum ut, huius instituti ope, bona, quae Creator universae hominum familiae destinavit, huic fini vere inserviant, quae omnia obtineri nullo modo possunt nisi certo et determinato ordine servato.

Itaque duplex in quem impingi potest scopulus naviter cavendus est. Nam, sicut ex negata vel extenuata iuris proprie-

de la classe ouvrière, ne pourrait que les compromettre gravement. Des calomnieurs cependant font au Souverain Pontife et à l'Eglise l'intolérable injure de leur reprocher d'avoir pris et de prendre encore, contre les prolétaires, le parti des riches; d'autre part, tous les catholiques ne s'accordent pas sur le sens exact de la pensée de Léon XIII. Il Nous a dès lors paru opportun de venger contre ces fausses imputations la doctrine de l'Encyclique, qui est celle de l'Eglise en cette matière, et de la défendre contre des interprétations erronées.

Tenons avant tout pour assuré que ni Léon XIII ni les théologiens, dont l'Eglise inspire et contrôle l'enseignement, n'ont jamais nié ou contesté le double aspect, individuel et social, qui s'attache à la propriété, selon qu'elle sert l'intérêt particulier ou regarde le bien commun; tous au contraire ont unanimement soutenu que c'est de la nature et donc du Créateur que les hommes ont reçu le droit de propriété privée, tout à la fois pour que chacun puisse pourvoir à sa subsistance et à celle des siens, et pour que, grâce à cette institution, les biens mis par le Créateur à la disposition de l'humanité remplissent effectivement leur destination: ce qui ne peut être réalisé que par le maintien d'un ordre certain et bien réglé.

Il est donc un double écueil contre lequel il importe de se garder soigneusement. De même, en effet, que nier ou atténuer à l'excès

tatis indole sociali et publica, in « individualismum » quem dicunt ruitur aut ad eum acceditur; ita privata ac individuali eiusdem iuris indole repulsa vel attenuata, in « collectivismum » properetur vel saltem eiusdem placita attingantur necesse est. Nisi haec prae oculis habeantur, prono itinere in modernismi moralis, iuridici ac socialis syrtes abrumpendum est, quas Litteris initio Pontificatus Nostri datis (Litt. Encycl. *Ubi arcano*, 23 Dec 1922) denuntiavimus; idque potissimum noverint ii, qui novis rebus studentes, probrosis calumniis Ecclesiam criminari non verentur, quasi permiserit in theologorum doctrinam domini conceptum ethnicum irrepere, cui alius sit prorsus sufficiens, quem mira inscitia « christianum » appellant.

Ut autem controversiis, quae de dominio officiisque eidem inhaerentibus agitari coeperunt, certos limites ponamus, fundamenti instar praemittendum est, quod Leo XIII constituit, ius nempe proprietatis ab eius usu distingui (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 19). Etenim possessionum divisionem sancte servare neque, proprii domini limites excedendo, alienum ius invadere iustitia illa iubet, quae commutativa audit; dominos autem re sua non uti nisi honeste, non huius est iustitiae, sed

---

l'aspect social et public du droit de propriété, c'est verser dans l'individualisme ou le côtoyer, de même à contester ou à voiler son aspect individuel, on tomberait infailliblement dans le collectivisme ou tout au moins on risquerait d'en partager l'erreur. Perdre de vue ces considérations, c'est s'exposer à donner dans l'écueil du modernisme moral, juridique et social, qu'au début de Notre Pontificat Nous avons déjà dénoncé. Que ceux-là surtout le sachent bien, que le désir d'innover entraîne à accuser injustement l'Eglise d'avoir laissé s'infiltrer dans l'enseignement des théologiens un concept païen de la propriété, auquel il importerait d'en substituer un autre qu'ils ont l'étrange inconscience d'appeler le concept chrétien.

Pour contenir dans de justes limites les controverses sur la propriété et les devoirs qui lui incombent, il faut poser tout d'abord le principe fondamental établi par Léon XIII, à savoir que le droit de propriété ne se confond pas avec son usage. C'est, en effet, la justice qu'on appelle commutative qui prescrit le respect des divers domaines et interdit à quiconque d'envahir, en outrepassant les limites de son propre droit, celui d'autrui; par contre, l'obligation qu'ont les propriétaires de ne faire jamais qu'un honnête usage de leurs biens ne s'impose pas à eux au nom de cette justice, mais au nom des autres

aliarum virtutum, quarum officia « lege agendo petere ius non est » (Cf. Litt. *Encycl. Rerum novarum*, n. 19). Quare immerito pronuntiant quidam dominium honestumque eius usum iisdem contineri limitibus; multoque magis a veritate abhorret, ipso abusu vel nonusu ius proprietatis perimni aut amitti.

Quapropter, ut salutare et omni laude dignum opus agunt quicumque, salva animorum concordia et doctrinae integritate, quam semper tradidit Ecclesia, intimam horum officiorum naturam atque limites definire conantur, quibus vel ipsum ius proprietatis vel usus seu exercitium dominiorum sint a socialis convictus necessitatibus circumscripta; sic contra falluntur et errant, qui indolem domini individualem adeo extenuare contendunt, ut eam de facto destruant.

Re vera hominibus hac in re non solum sui proprii commodi, sed etiam communis boni esse rationem habendam, ex ipsa domini quam diximus indole individuali simul et sociali deducitur. Officia vero haec singillatim definire, ubi id necessitas postulaverit neque ipsa lex naturalis praestiterit, eorum est qui rei publicae praesunt. Quapropter quid, considerata boni communis vera necessitate, eis qui possident liceat, quid illicitum

vertus; elle constitue par conséquent un devoir « dont on ne peut exiger l'accomplissement par des voies de justice ». C'est donc à tort que certains prétendent renfermer dans des limites identiques le droit de propriété et son légitime usage; il est plus faux encore d'affirmer que le droit de propriété est périmé et disparaît par l'abus qu'on en fait ou parce qu'on laisse sans usage les choses possédées.

Ils font par suite œuvre salutaire et louable ceux qui, sous réserve toujours de la concorde des esprits et de l'intégrité de la doctrine traditionnelle de l'Eglise, s'appliquent à mettre en lumière la nature des charges qui grèvent la propriété et à définir les limites que tracent, tant à ce droit même qu'à son exercice, les nécessités de la vie sociale. Mais, en revanche, ceux-là se trompent gravement qui s'appliquent à réduire tellement le caractère individuel du droit de propriété qu'ils en arrivent pratiquement à le lui enlever.

Que les hommes, en cette matière, aient à tenir compte non seulement de leur avantage personnel, mais de l'intérêt de la communauté, cela résulte assurément du double aspect, individuel et social, que Nous avons reconnu à la propriété. A ceux qui gouvernent la société il appartient, quand la nécessité le réclame et que la loi naturelle ne le fait pas, de définir plus en détail cette obligation. L'autorité publique peut donc, s'inspirant des véritables nécessités du bien

sit in suorum bonorum usu, publica auctoritas, lege naturali et divina semper praelucente, sciscere potest accuratius. Immo vero Leo XIII sapienter docuerat « industriae hominum institutisque populorum esse a Deo permissam privatarum possessionum descriptionem » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 7). Etenim, ut cetera socialis vitae elementa, ita dominium non esse plane immobile historia teste comprobari, Nos ipsi aliquando hisce verbis declaravimus : « Quam diversas formas induit proprietas a primaeva illa, rudium et agrestium gentium, quam etiam nostro tempore alicubi est cernere, ad possessionis formam aevi patriarchalis, atqua ita deinceps ad varias tyrannicas (quod vocabulum vi sua classica adhibemus), deinde per feudales, per monarchicas usque ad varias aetatis recentioris species. » (Allocutio ad Conventum Act. Cath. per Italiam, 16 Maii 1926.) Reipublicae tamen suo munere pro arbitrio fungi non licere in aperto est. Semper enim ipsum naturale ius et possidendi privatim et hereditate transmittendi bona intactum inviolatumque maneat oportet, quippe quod respublica auferre nequeat; « est enim homo quam res publica senior » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 6), atque etiam « convictus domesticus et cogitatione et re prior quam civilis coniunctio » (Litt. Encycl. *Rerum*

---

commun, déterminer, à la lumière de la loi naturelle et divine, l'usage que les propriétaires pourront ou ne pourront pas faire de leurs biens. Bien plus, Léon XIII enseignait très sagement que « Dieu... a voulu abandonner la délimitation des propriétés à l'industrie humaine et aux institutions des peuples ». Pas plus, en effet, qu'aucune autre institution de la vie sociale, le régime de la propriété n'est absolument immuable, et l'histoire en témoigne, ainsi que Nous l'avons Nous-même observé en une autre circonstance : « Combien de formes diverses la propriété a revêtues depuis la forme primitive que lui ont donnée les peuples sauvages et qui de nos jours encore s'observe en certaines régions, en passant par celles qui ont prévalu à l'époque patriarcale, par celles qu'ont connues les divers régimes tyranniques (Nous donnons ici au mot sa signification classique), par les formes féodales, monarchiques, pour en venir enfin aux réalisations si variées de l'époque moderne ! » Il est clair cependant que l'autorité publique n'a pas le droit de s'acquitter arbitrairement de cette fonction. Toujours, en effet, doivent rester intacts le droit naturel de propriété et celui de léguer ses biens par voie d'hérité; ce sont là des droits que cette autorité ne peut abolir, car l'homme est antérieur à l'Etat et « la société domestique a sur la



*novarum*, n. 10). Unde iam sapientissimus Pontifex edixerat nefas esse reipublicae privatos census immanitate tributorum et vectigalium exhaurire. « Ius enim possidendi privatim bona cum non sit lege hominum sed natura datum, non ipsum abolere, sed tantummodo ipsius usum temperare et cum communi bono componere auctoritas publica potest. » (*Litt. Encycl. Rerum novarum*, n. 35.) Cum vero res publica dominia cum boni communis necessitatibus componit, non heris privatis inimicam sed amicam operam praestat; etenim hac ratione valide obstat, quominus privata bonorum possessio, quam ad vitae humanae subsidium providentissimus naturae Auctor decrevit, intolerabilia gignat incommoda, atque ita in exitium ruat : neque possessiones privatas elidit, sed tuetur; privataque dominia non debilitat, sed roborat.

Neque omnimodo hominis arbitrio reditus eius liberi relinquuntur; ii scilicet quibus ad vitam convenienter atque decore sustentandam non eget : quin immo gravissimo divites teneri praecepto eleemosynae, beneficentiae, magnificentiae exercendae, Sacra Scriptura Sanctique Ecclesiae Patres apertissimis verbis assidue denuntiant.

---

société civile une priorité logique et une priorité réelle ». Voilà aussi pourquoi Léon XIII déclarait que l'Etat n'a pas le droit d'épuiser la propriété privée par un excès de charges et d'impôts : « Ce n'est pas des lois humaines, mais de la nature qu'émane le droit de propriété individuelle; l'autorité publique ne peut donc l'abolir; tout ce qu'elle peut, c'est en tempérer l'usage et le concilier avec le bien commun. » Lorsqu'elle concilie ainsi le droit de propriété avec les exigences de l'intérêt général, l'autorité publique, loin de se montrer l'ennemie de ceux qui possèdent, leur rend un bienveillant service; ce faisant, elle empêche, en effet, la propriété privée que, dans sa Providence, le Créateur a instituée pour l'utilité de la vie humaine, d'entraîner des maux intolérables et de préparer ainsi sa propre disparition. Loin d'opprimer la propriété, elle la défend; loin de l'affaiblir, elle lui donne une nouvelle vigueur.

L'homme n'est pas non plus autorisé à disposer au gré de son caprice de ses revenus disponibles, c'est-à-dire des revenus qui ne sont pas indispensables à l'entretien d'une existence convenable et digne de son rang. Bien au contraire, un très grave précepte enjoint aux riches de pratiquer l'aumône et d'exercer la bienfaisance et la magnificence, ainsi qu'il ressort du témoignage constant et explicite de la Sainte Ecriture et des Pères de l'Eglise.

Largiores autem impendere proventus, ut quaestuosae operae commoditas abunde fiat, modo ea opera ad bona vere utilia comparanda insumatur, illustre ac temporum necessitatibus apprime aptum opus virtutis magnificentiae esse censendum, ex Angelici Doctoris principiis argumentando colligimus. (Cf. S. THOM., *Summ. Theol.*, II-II, q. cxxxiv.)

Acquiri autem dominium primitus et occupatione rei nullius et industria seu specificatione quam vocant, cum omnium temporum traditio, tum Leonis Decessoris Nostri doctrina luculenter testantur. Neque enim ulla sit cuiquam iniuria, quidquid in contrarium nonnulli effutiunt, cum res in medio posita, seu quae nullius sit, occupatur; industria vero quae ab homine proprio nomine exerceatur, cuiusque ope nova species aut augmentum rei accesserit, ea una est quae hos fructus laboranti addicit.

Longe alia est ratio operae, quae aliis locata in re aliena exercetur. Cui quidem id maxime congruit, quod « verissimum » esse Leo XIII inquit, « non aliunde nisi ex opificum labore gigni divitias civitatum » (*Litt. Encycl. Rerum novarum*, n. 27). Nonne enim oculis cernimus ingentia illa bona, quibus hominum opes constant, procreari et prodire ex operariorum manibus,

---

Des principes posés par le Docteur angélique, Nous déduisons sans peine que celui qui consacre les ressources plus larges dont il dispose à développer une industrie, source abondante de travail rémunérateur, pourvu toutefois que ce travail soit employé à produire des biens réellement utiles, pratique d'une manière remarquable et particulièrement appropriée aux besoins de notre temps l'exercice de la vertu de magnificence.

La tradition universelle, non moins que les enseignements de Notre Prédécesseur, font de l'occupation d'un bien sans maître et du travail qui transforme une matière les titres originaires de la propriété. De fait, contrairement à certaines opinions, il n'y a aucune injustice à occuper un bien vacant qui n'appartient à personne. D'un autre côté, le travail que l'homme exécute en son propre nom et par lequel il confère à un objet une forme nouvelle ou un accroissement de valeur est le seul qui lui donne un droit sur le produit.

Tout autre est le cas du travail loué à autrui et appliqué à la chose d'autrui. C'est à lui tout particulièrement que convient l'affirmation de Léon XIII quand il regardait comme « incontestable » : « que le travail manuel est la source unique d'où provient la richesse des nations ». Ne constatons-nous pas, en effet, que ces biens immenses

quae vel solae operantur, vel instrumentis sive machinis instructae efficientiam suam mirum in modum producant? Immo vero nemo est qui ignoret nullum umquam populum ex inopia et egestate meliorem celsioremque fortunam attingisse, nisi ingenti collato labore omnium popularium — et eorum qui opera dirigunt et eorum qui iussa exsequuntur. Sed non minus patet summos illos conatus irritos futuros fuisse vanosque, immo vero ne tentari quidem potuisse, nisi Creator omnium Deus pro sua bonitate divitias et suppellectilem naturalem, opes ac vires naturae, prius fuisset largitus. Quid enim aliud est operari quam animorum corporumque vires in his ipsis aut per haec ipsa adhibere vel exercere? Postulat autem lex naturae seu Dei voluntas per eam promulgata, ut rectus ordo servetur in naturali suppellectili humanis usibus applicanda; hic autem ordo in eo stat, ut suum quaeque res habeat dominum. Hinc fit, ut nisi quis in re sua laborem exercent, cum opera alterius tum res alterius consociari debeant: neutra enim sine altera quidquam efficit. Quod sane respexit Leo XIII scribens: « Non res sine opera nec sine re potest opera consistere. » (Litt. Encycl. *Rerum*

---

qui constituent la richesse des hommes sortent des mains des travailleurs, soit qu'elles fournissent seules tout le labour, soit qu'elles s'aident d'instruments et de machines qui intensifient singulièrement l'efficacité de leur effort? Personne n'ignore qu'aucune nation n'est jamais sortie de l'indigence et de la pauvreté pour atteindre à un degré plus élevé de prospérité, sinon par l'effort intense et combiné de tous ses membres, tant de ceux qui dirigent le travail que de ceux qui exécutent leurs ordres. Mais il n'est pas moins certain que tout cet effort fût resté stérile, qu'il n'eût même pu être tenté, si le Créateur de toute chose n'avait pas d'abord, dans sa bonté, fourni les ressources de la nature, ses trésors et ses forces. Du reste, travailler n'est pas autre chose qu'appliquer les énergies de l'esprit et du corps aux biens de la nature ou se servir de ces derniers comme d'autant d'instruments appropriés. Or, la loi naturelle, c'est-à-dire la volonté divine manifestée par elle, exige que les ressources de la nature soient mises au service des besoins humains d'une manière parfaitement ordonnée, ce qui n'est possible que si l'on reconnaît à chaque chose un maître. D'où il résulte que, hors le cas où quelqu'un appliquerait son effort à un objet qui lui appartient, le travail de l'un et le capital de l'autre doivent s'associer entre eux, puisque l'un ne peut rien sans le concours de l'autre. Ainsi l'entendait bien Léon XIII quand il écrivait: « Il ne peut y avoir de capital sans travail ni de travail sans capital. »

Il serait donc radicalement faux de voir soit dans le seul capital,

*novarum*, n. 15.) Quocirca falsum prorsus est sive uni rei sive uni operae quidquid ex earundem collata efficientia obtentum est, adscribere; iniustumque omnino, alterutrum, alterius efficacitate negata, quidquid effectum est sibi arrogare.

Diu profecto res seu « capitale » praeripere sibi nimium potuit. Quaecumque procreata erant, quicumque redibant fructus, capitale sibi vindicabat, vix operario relictis, quae viribus reficiendis atque recreandis sufficerent. Nam lege quadam oeconomica plane invincibili coacervationem omnem capitalis fortunatis cedere, eademque lege operarios perpetuae inopiae seu tenuissimae vitae addictos et obstrictos praedicabant. Verum quidem est cum eiusmodi placito liberalium, qui a Manchester vulgo dicuntur, actionem rerum non semper et ubique consensisse : negari tamen nequit ad id constanti conatu instituta oeconomico-socialia inclinasse. Has falsas sententias, haec fallacia postulata vehementer impugnata fuisse, nec ab eis solum, qui per ea nativo iure melioris adipiscendae fortunae privabantur, profecto nemo mirabitur.

Ideo operariis lacessitis accessere, qui « intellectuales » appellati sunt, commentitiae legi morale principium aequè commentitium opposcentes : quaecumque scilicet aut progignuntur aut

---

soit dans le seul travail, la cause unique de tout ce que produit leur effort combiné; c'est bien injustement que l'une des parties, contestant à l'autre toute efficacité, en revendiquerait pour soi tout le fruit.

Certes, le capital a longtemps réussi à s'arroger des avantages excessifs. Il réclamait pour lui la totalité du produit et du bénéfice, laissant à peine à la classe des travailleurs de quoi refaire ses forces et se perpétuer. Une loi économique inéluctable, assurait-on, voulait que tout le capital s'accumulât entre les mains des riches; la même loi condamnait les ouvriers à traîner la plus précaire des existences dans un perpétuel dénuement. La réalité, il est vrai, n'a pas toujours et partout exactement répondu à ces postulats du libéralisme manchestérien; on ne peut toutefois nier que le régime économique et social n'ait incliné d'un mouvement constant dans le sens qu'ils préconisaient. Aussi, personne ne s'étonnera de la vive opposition que ces fausses maximes et ces postulats trompeurs ont rencontrée, même ailleurs que parmi ceux auxquels ils contestaient le droit naturel de s'élever à une plus satisfaisante condition de fortune.

Aussi bien, aux ouvriers victimes de ces pratiques sont venus se joindre des intellectuels qui, à leur tour, dressent à l'encontre de cette prétendue loi un principe moral qui n'est pas mieux fondé : tout

redeunt, iis tantum demptis, quae capitali reficiendo et recreando sint satis, ea omnia iure ipso opificibus cedere. Qui error, quo fucator quam socialistarum quorundam affirmantium quaecumque bonis conficiendis inserviunt, ea in rem publicam transferenda seu, ut aiunt, « socializanda » esse, eo periculosior est et ad incautos fallendos aptior : blandum venenum, quod multi avidè hausere, quos apertus socialismus decipere non potuerat.

Dubio procul, ne falsis hisce placitis aditum ad iustitiam et ad pacem sibi intercluderent, utrique praemoneri debuerunt Decessoris Nostri sapientissimis verbis : « Utcumque inter privatos distributa, inservire omnium utilitati terra non cessat. » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 7.) Idem et Nos ipsi docuimus paulo ante, cum ediximus, ut eam utilitatem res creatae certo firmoque ordine parere possint hominibus, bonorum partitionem, quae per dominia privata fiat, ab ipsa natura esse stabilitam. Id quod, ne a recto veritatis tramite aberretur, continenter prae oculis habeatur oportet.

Iam vero non omnis rerum opumve distributio inter homines apta est, per quam finis a Deo intentus aut omnino aut ea qua par est perfectione obtineatur. Quamobrem divitiae, quae per

le produit et tout le revenu, déduction faite de ce qu'exigent l'amortissement et la reconstitution du capital, appartient de plein droit aux travailleurs. Cette erreur est certes moins apparente que celle de certains socialistes qui prétendent attribuer à l'État ou, comme ils disent, socialiser tous les moyens de production ; elle n'en est que plus dangereuse et plus apte à surprendre la foi trop confiante des esprits mal avertis. C'est un séduisant poison ; beaucoup se sont empressés de l'absorber que n'eût jamais réussi à égarer un socialisme franchement avoué.

Pour empêcher que ces fausses doctrines ne fermassent à jamais les voies de la justice et de la paix, des deux côtés on avait besoin des très sages avertissements de Notre Prédécesseur : « Quoique divisée en propriétés privées, la terre ne laisse pas de servir à la commune utilité de tous. » Nous venons Nous-même de rappeler ce principe : C'est pour que les choses créées puissent procurer cette utilité aux hommes d'une manière sûre et bien ordonnée que la nature a elle-même institué le partage des biens par le moyen de la propriété privée. Il importe de ne jamais perdre de vue ce principe, sous peine de s'égarer.

Or, ce n'est pas n'importe quel partage des biens et des richesses qui réalisera, aussi parfaitement du moins que le permettent les con-

incrementa oeconomico-socialia iugiter amplificantur, singulis personis et hominum classibus ita attribuantur oportet, ut salva sit illa, quam Leo XIII laudat communis omnium utilitas seu, aliis verbis, ut immune servetur societatis universae commune bonum. Hac iustitiae socialis lege, altera classis alteram ab emolumentorum participatione excludere vetatur. Non minus igitur illam violat locupletium classis, cum veluti curarum expers in suis fortunis aequum rerum ordinem illum putat, quo sibi totum, operario nihil obveniat; quam proletaria classis, cum propter laesam iustitiam vehementer incensa et in unum suum ius, cuius est conscia, male vindicandum nimis prona, omnia utpote suis manibus effecta sibi flagitat, ideoque dominium ac reditus seu proventus, qui labore non sint quaesiti, cuiuscumque generis ii sunt, aut cuiuscumque muneris in humano convictu vicem praestant, non aliam ob causam, nisi quia talia sunt, impugnat et abolere contendit. Nec praeter eundem est hac in re inepte aequae ac immerito a quibusdam Apostolum appellari dicentem : *Si quis non vult operari, nec manducet* (II Thess. III, 10); sententiam enim Apostolus fert

ditions humaines, l'exécution du plan divin. Les ressources que ne cessent d'accumuler les progrès de l'économie sociale doivent donc être réparties de telle manière entre les individus et les diverses classes de la société que soit procurée cette utilité commune dont parle Léon XIII, ou, pour exprimer autrement la même pensée, que soit respecté le bien commun de la société tout entière. La justice sociale ne tolère pas qu'une classe empêche l'autre de participer à ces avantages. Elles pèchent donc toutes deux également contre cette sainte loi — et la classe des riches quand, dégagée par sa fortune de toute sollicitude, elle estime parfaitement régulier et naturel un état de choses qui lui procure tous les avantages sans rien laisser à l'ouvrier; — et la classe des prolétaires, quand, exaspérée par une situation qui blesse la justice et, trop exclusivement soucieuse de revendiquer les droits dont elle a pris conscience, elle réclame pour soi la totalité du produit qu'elle déclare sorti tout entier de ses mains; quand elle prétend condamner et abolir, sans autre motif que leur nature même, toute propriété et tout revenu qui ne sont pas le fruit du travail, quelles que soient par ailleurs leur nature et la fonction qu'ils remplissent dans la société humaine. Observons à cet égard combien c'est hors de propos et sans fondement que certains en appellent ici au témoignage de l'Apôtre : *Si quelqu'un ne veut pas travailler, il ne doit pas manger non plus*. L'Apôtre, en effet, condamne

in eos, qui ab opere abstinent, etsi laborare possunt et debent, monetque, tempore ac viribus sive corporis sive animi sedulo utendum neque alios gravandos, cum ipsi nobis providere possimus. Laborem autem unicum esse titulum recipiendi victum aut proventus haudquaquam Apostolus docet. (Cf. *II Thess.* III, 8-10.)

Sua igitur cuique pars honorum attribuenda est : efficiendumque, ut ad boni communis seu socialis iustitiae normas revocetur et conformetur partitio bonorum creatorum, quam hodie ob ingens discrimen inter paucos praedivites et innumeros rerum inopes gravissimo laborare incommodo cordatus quisque novit.

Est autem hic ille, quem Decessor Noster necessario quaerendum finem edixit : redemptionem proletariorum. Idque ideo asserendum pressius et repetendum instantius, quod non raro tam salutaria Pontificis iussa oblivioni data fuerunt, sive quod de industria silentio premebantur, sive quia factu nefas putabantur, cum tamen fieri et possint et debeant. Neque, quia minus late grassetur « pauperismus » ille, quem Leo XIII tam horrendum conspiciebat, pro nostra hac aetate vim et sapien-

par ces paroles ceux qui se dérobent au travail qu'ils peuvent et doivent fournir ; il nous presse de mettre soigneusement à profit notre temps et nos forces d'esprit et de corps, et de ne pas nous rendre à charge à autrui, alors qu'ils nous est loisible de pourvoir nous-mêmes à nos propres nécessités. En aucune manière il ne présente ici le travail comme l'unique titre à recevoir notre subsistance.

Il importe donc d'attribuer à chacun ce qui lui revient et de ramener aux exigences du bien commun ou aux normes de la justice sociale la distribution des ressources de ce monde, dont le flagrant contraste entre une poignée de riches et une multitude d'indigents atteste de nos jours, aux yeux de l'homme de cœur, les graves dérèglements.

Tel est, en effet, le but que Notre Prédécesseur faisait un devoir de poursuivre : travailler au relèvement du prolétariat. Il convient d'urger d'autant plus cette obligation et d'y appuyer avec une plus pressante insistance, que l'on a trop souvent négligé sur ce point les directives de Notre Prédécesseur, soit qu'on les passât intentionnellement sous silence, soit qu'on jugeât la tâche irréalisable, alors cependant qu'elle peut être accomplie et qu'il n'est pas permis de s'y soustraire.

L'atténuation du paupérisme, qui, au temps de Léon XIII, s'étalait encore dans toute son horreur, n'a cependant rien enlevé à la valeur et à l'opportunité de ces intructions. Sans aucun doute, la condition

tiam amiserere suam. In melius sane restituta est atque aequior facta operariorum condicio, praesertim in cultioribus et amplioribus civitatibus, in quibus opifices iam non possunt omnes ad unum pro miseria afflictis et inopia vitae laborantibus haberi. Sed postquam artes mechanicae humanaeque industriae quam celerrime innumeras regiones, cum novas quas vocamus terras, tum ab antiquo exculpta Orientis remoti regna pervasere et occupare, in immensum excrevit proletariorum inopum numerus, quorum gemitus clamant ad Deum de terra : hisque accedit ingens ruralium mercenariorum exercitus ad infimam vitae condicionem depressus omni-que spe destitutus « quippiam quod solo contineatur » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 35) umquam obtinendi; proindeque, nisi consentanea atque efficacia remedia adhibeantur, proletariae condicioni perpetuo obnoxius.

At licet verissimum sit proletariam condicionem a pauperismo esse probe discernendam, ipsa tamen immanis multitudo proletariorum ex altera parte, ex altera vero quorundam praedivitem ingentissimae opes argumento sunt omni exceptione maiori, divitias hac nostra, quam vocant « industrialismi », aetate tam copiose partas, haud recte esse distributas diversisque hominum classibus haud aequae applicatas.

---

des ouvriers s'est sensiblement améliorée et ils jouissent à bien des égards d'un sort plus tolérable; il en est ainsi surtout dans les pays plus prospères et plus policés, où les ouvriers ne pourraient indistinctement passer tous pour accablés de misère et voués à une extrême indigence. Par ailleurs toutefois, à mesure que l'industrie et la technique moderne envahissaient rapidement pour s'y installer et les pays neufs et les antiques civilisations de l'Extrême-Orient, on voyait s'accroître aussi l'immense multitude des prolétaires indigents dont la détresse crie vers le ciel. A quoi s'ajoute encore la puissante armée des salariés ruraux réduits aux plus étroites conditions d'existence et privés « de toute perspective d'une participation à la propriété du sol » et qui, s'il n'y est pourvu de façon efficace et appropriée, resteront à jamais confinés dans les rangs du prolétariat.

Le prolétariat et le paupérisme sont, à coup sûr, deux choses bien distinctes. Il n'en reste pas moins vrai que l'existence d'une immense multitude de prolétaires d'une part et d'un petit nombre de riches pourvus d'énormes ressources d'autre part atteste à l'évidence que les richesses créées en si grande abondance à notre époque d'industrialisme sont mal réparties et ne sont pas appliquées comme il conviendrait aux besoins des différentes classes.



Quare omni vi ac contentione enitendum est, ut saltem in posterum partae rerum copiae aequa proportione coacerventur apud eos, qui opibus valent, satisque ample profundantur in eos, qui operam conferunt, non ut in labore remissi fiant — natus est enim homo ad laborem sicut avis ad volatum, — sed ut rem familiarem parsimonia augeant; auctam sapienter administrando facilius ac securius familiae onera sustineant; atque emersi ex incerta vitae sorte, cuius varietate iactantur proletarii, non solum vicissitudinibus vitae perferendis sint pares, sed etiam post huius vitae exitum iis, quos post se relinquunt, quodammodo provisum fore confidant.

Haec omnia a Decessore Nostro non solum insinuata, sed clare et aperte proclamata, hisce Nostris Litteris etiam atque etiam inculcamus; quae nisi pro virili ac nulla interposita mora suscipiantur ad effectum deducenda, ordinem publicum, pacem et tranquillitatem societatis humanae contra novarum rerum concitatores efficaciter defendi posse nemo sibi persuadeat.

Deduci autem ad effectum non poterunt, nisi sollertia et parsimonia ad modicum aliquem censum proletarii provehantur, quemadmodum iam, Decessoris Nostri vestigiis insistentes,

---

Il faut donc tout mettre en œuvre afin que, dans l'avenir du moins, la part des biens qui s'accumule aux mains des capitalistes soit réduite à une plus équitable mesure et qu'il s'en répande une suffisante abondance parmi les ouvriers, non certes pour que ceux-ci relâchent leur labour — l'homme est fait pour travailler comme l'oiseau pour voler, — mais pour qu'ils accroissent par l'épargne un patrimoine qui, sagement administré, les mettra à même de faire face plus aisément et plus sûrement à leurs charges de famille. Ainsi ils se délivreront de la vie d'incertitudes qui est le sort du prolétariat, ils seront armés contre les surprises du sort et ils emporteront, en quittant ce monde, la confiance d'avoir pourvu en une certaine mesure aux besoins de ceux qui leur survivent ici-bas.

Tout cela, Notre Prédécesseur l'a non seulement insinué, mais proclamé en termes clairs et explicites; Nous-même, Nous le répétons en cette Lettre avec une nouvelle insistance. Qu'on en soit bien convaincu, si l'on ne se décide enfin, chacun pour sa part, à le mettre sans délai à exécution, on n'arrivera pas à défendre efficacement l'ordre public, la paix et la tranquillité de la société contre l'assaut des forces révolutionnaires.

Cette exécution n'est possible toutefois que si les prolétaires sont mis en état de se constituer, par leur industrie et leur épargne, un

innuimus. Unde vero nisi ex operae mercede poterit, parce vivendo, quidquam sibi seponere, qui nihil aliud habeat nisi operam, qua sibi victum et vitae necessaria comparet? Hanc igitur de salario, quam Leo XIII « sat magni momenti » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 34) dixit, quaestionem ineamus, illius doctrinam et praecepta, ubi opus fuerit, declarando et evolviendo.

Ac primum quidem, qui operae conducendae locandaeque contractum, vi sua iniustum ac proinde in eius locum societatis contractum sufficiens esse pronuntiant, absona profecto dicunt et prave calumniantur Decessorem Nostrum, cuius Litterae Encyclicae « salariatum » non solum recipiunt, sed in eo ad normas iustitiae regendo diutius versantur.

Hodiernis tamen humanae consortionis condicionibus consultius fore reputamus si, quoad eius fieri possit, contractus operae per societatis contractum aliquantum temperetur, quemadmodum diversis modis fieri iam coepit, haud exiguo operariorum et possessorum emolumento. Ita operarii officialesque consortes fiunt domini vel curationis, aut de lucris perceptis aliqua ratione participant.

---

modeste avoir, ainsi que Nous l'avons répété après Notre Prédécesseur. Mais sur quoi, sinon sur leurs salaires, pourront-ils à force d'économie prélever quelques ressources, ceux qui doivent demander au seul travail la subsistance et tout ce qui est nécessaire à la vie? Venons-en donc à cette question du salaire que Léon XIII déclare d'une grande importance, expliquant ou développant, quand le besoin se fera sentir, son enseignement et ses directives.

Commençons par relever la profonde erreur de ceux qui déclarent essentiellement injuste le contrat de louage de travail et prétendent qu'il faut lui substituer un contrat de société; ce disant, ils font, en effet, gravement injure à Notre Prédécesseur, car l'Encyclique *Rerum novarum* non seulement admet la légitimité du salariat, mais s'attache longuement à le régler selon les normes de la justice.

Nous estimons cependant plus approprié aux conditions présentes de la vie sociale de tempérer quelque peu, dans la mesure du possible, le contrat de travail par des éléments empruntés au contrat de société. C'est ce que l'on a déjà commencé à faire sous des formes variées, non sans profit sensible pour les travailleurs et pour les possesseurs du capital. Ainsi les ouvriers et employés ont été appelés à participer en quelque manière à la propriété de l'entreprise, à sa gestion ou aux profits qu'elle apporte.

Mercedis vero iustam portionem non ex uno, sed ex pluribus nominibus esse aestimandam iam sapienter Leo XIII edixerat illis verbis : « Ut mercedis statuatur ex aequitate modus, causae sunt considerandae plures. » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 17.)

Qua sententia plane refellit levitatem eorum, qui facili negotio, unica regula seu mensura adhibita, eaque a vero longe aliena, gravissimam hanc rem expediri arbitrantur.

Namque egregie falluntur, qui illud principium vulgare non dubitant, tanti operam valere et tantidem esse remunerandam, quanti fructus aestimantur ex ea parti, ideoque ius inesse operam locanti totum id repossendi, quod ex eius labore sit effectum ; quod quantum a veritate absit, vel ex his patet, quae de re et opera agentes exposuimus.

Iam vero, sicut domini, ita operae, eius praecipue quae alteri locatur, praeter personalem seu individualement, sociale quoque rationem esse considerandam liquido deprehenditur : nisi enim corpus vere sociale et organicum constet, nisi socialis et iuridicus ordo operae exercitium tueatur, nisi variae artes, quarum aliae ab aliis dependent, inter se conspirent ac mutuo com-

Léon XIII avait déjà opportunément observé que la détermination du juste taux du salaire ne se déduit pas d'une seule, mais de plusieurs considérations : « Pour fixer la juste mesure du salaire, écrivait-il, il y a de nombreux points de vue à considérer. » Par là même, il condamnait la présomption de ceux qui soutiennent qu'on résout sans peine cette question très délicate à l'aide d'une formule ou d'une règle unique, d'ailleurs absolument fausse.

Ils se trompent, en effet, ceux qui adoptent sans hésiter l'opinion si courante selon laquelle la valeur du travail et de la rémunération qui lui est due équivaudrait exactement à celle des fruits qu'il procure, et qui en concluent que l'ouvrier est autorisé à revendiquer pour soi la totalité du produit de son labour. Ce que Nous avons dit précédemment au sujet du capital et du travail suffit à prouver combien ce préjugé est mal fondé.

Autant que la propriété, le travail, celui-là surtout qui se loue au service d'autrui, présente, à côté de son caractère personnel ou individuel, un aspect social qu'il convient de ne pas perdre de vue. La chose est claire : à moins, en effet, que la société ne soit constituée en un corps bien organisé, que l'ordre social et juridique ne protège l'exercice du travail, que les différentes professions, si étroitement solidaires, ne s'accordent et ne se complètent mutuellement, à moins

pleant, nisi, quod maius est, consocientur ac quasi in unum convenient intellectus, res, opera, nequit fructus suos gignere efficientia hominum. Haec ergo nec iuste aestimari neque ad aequalitatem rependi poterit, eius natura sociali et individuali posthabita.

Ex hac autem duplici nota, quae operae humanae insita natura est, gravissima emanant consecraria, quibus salarium regi et determinari debet.

Ac primum quidem merces operario suppeditanda est, quae ad illius eiusque familiae sustentationem par sit. (Cf. Litt. Encycl. *Casti connubii*, 31 Dec. 1930.) Aequum sane est reliquam quoque familiam pro viribus suis ad communem omnium sustentationem conferre, ut videre est in agricolarum praesertim, sed etiam in multis artificum et minorum mercatorum familiis; ast nefas est infantili aetate feminaeque debilitate abuti. Domi potissimum vel in iis, quae domui adiacent, matresfamilias operam navent suam, in domesticas curas incumbendo. Pessimus vero est abusus et omni conatu aufendus, quod matresfamilias ob patris salarii tenuitatem extra domesticos parietes quaestuosam artem exercere coguntur,

---

surtout que l'intelligence, le capital et le travail ne s'unissent et ne se fondent en quelque sorte en un principe unique d'action, l'activité humaine est vouée à la stérilité. Il devient dès lors impossible d'estimer ce travail à sa juste valeur et de lui attribuer une exacte rémunération, si l'on néglige de prendre en considération son aspect à la fois individuel et social.

De ce double caractère que la nature a imprimé au travail humain, résultent des conséquences très importantes pour le régime du salaire et la détermination de son taux.

Et tout d'abord, on doit payer à l'ouvrier un salaire qui lui permette de pourvoir à sa subsistance et à celle des siens. Assurément, les autres membres de la famille, chacun suivant ses forces, doivent contribuer à son entretien, ainsi qu'il en est, non seulement dans les familles d'agriculteurs, mais aussi chez un grand nombre d'artisans ou de petit commerçants. Mais il n'est aucunement permis d'abuser de l'âge des enfants ou de la faiblesse des femmes. C'est à la maison avant tout, ou dans les dépendances de la maison, et parmi les occupations domestiques, qu'est le travail des mères de famille. C'est donc par un abus néfaste, et qu'il faut à tout prix faire disparaître, que les mères de famille, à cause de la modicité du salaire paternel, sont contraintes de chercher hors de la maison une occupation rémunératrice, négli-

curis officiisque peculiaribus ac praesertim infantium institutione neglectis. Omni igitur ope enitendum est, ut mercedem patresfamilias percipiant sat amplam, quae communibus domesticis necessitatibus convenienter subveniat. Quod si in praesentibus rerum adiunctis non semper id praestari poterit, postulat iustitia socialis, ut eae mutationes quamprimum inducantur, quibus cuivis adulto operario eiusmodi salaria firmentur. — Non abs re erit hic merita laude prosequi eos omnes, qui sapientissimo utilissimoque consilio varias experti sunt atque tentaverunt vias, quibus merces laboris ita oneribus familiae accommodetur, ut his auctis, amplior illa numeretur; immo, si id obtingat, extraordinariis necessitatibus fiat satis.

Officinae etiam eiusque susceptoris ratio habenda est in mercedis magnitudine statuenda; iniuste enim immodica salaria exquirentur, quae absque sui exitio atque ex eo consecutura operariorum calamitate, officina tolerare non potest. Quamquam si ob segnitiem vel ignaviam, aut technici et oeconomici progressus incuriam minus lucrum facit, non haec iusta reputanda

---

geant les devoirs tout particuliers qui leur incombent, — avant tout l'éducation des enfants.

On n'épargnera donc aucun effort en vue d'assurer aux pères de famille une rétribution suffisamment abondante pour faire face aux charges normales du ménage. Si l'état présent de la vie industrielle ne permet pas toujours de satisfaire à cette exigence, la justice sociale commande que l'on procède sans délai à des réformes qui garantiront à l'ouvrier adulte un salaire répondant à ces conditions. A cet égard, il convient de rendre un juste hommage à l'initiative de ceux qui, dans un très sage et très utile dessein, ont imaginé des formules diverses destinées soit à proportionner la rémunération aux charges familiales, de telle manière que l'accroissement de celles-ci s'accompagne d'un relèvement parallèle du salaire, soit à pourvoir, le cas échéant, à des nécessités extraordinaires.

Dans la détermination des salaires on tiendra également compte des besoins de l'entreprise et de ceux qui l'assument. Il serait injuste d'exiger d'eux des salaires exagérés, qu'ils ne sauraient supporter sans courir à la ruine et entraîner les travailleurs avec eux dans le désastre. Assurément, si par son indolence, sa négligence, ou parce qu'elle n'a pas un suffisant souci du progrès économique et technique, l'entreprise réalise de moindres profits, elle ne peut se prévaloir de cette circonstance comme d'une raison légitime pour réduire le salaire des ouvriers. Mais si, d'autre part, les ressources lui manquent pour allouer à ses employés une équitable rémunération, soit qu'elle suc-

est causa mercedis operariis minuendae. Quod si ipsi officinae non tanta vis pecuniae redit, quanta aequae mercedi operariis solvendae sit satis, quia aut oneribus iniustis opprimitur aut opus artificio partum minoris quam iustum est cogitur vendere, qui eam sic vexant, gravis piaculi rei sunt; iusta enim mercede hi privant operarios, qui necessitate adstricti, aequa minorem accipere compelluntur.

Coniunctis igitur viribus et consiliis enitantur omnes, et opifices et moderatores, rerum difficultates et obstacula superare, eisque in tam salutifero opere auctoritatis publicae sapiens opituletur providentia. Si vero res ad summas angustias deducta fuerit, tunc demum deliberandum erit, utrum officina in incepto perstare possit an alia aliqua ratione operariis sit consulendum. Quo in negotio, sane gravissimo, necessitudo quaedam et christiana animorum concordia inter moderatores et operarios vigeat atque efficaciter operetur oportet.

Denique publico bono oeconomico mercedis magnitudo attemperanda est. Quantopere ad hoc commune bonum conferat, operarios officialesque, mercedis aliqua parte, quae necessariis sumptibus supersit, seposita, ad modicum censum paulatim

combe elle-même sous le fardeau de charges injustifiées, soit qu'elle doive écouler ses produits à des prix injustement déprimés, ceux qui la réduisent à cette extrémité se rendent coupables d'une criante iniquité, car c'est par leur faute que les ouvriers sont privés de la rémunération qui leur est due, lorsque, sous l'empire de la nécessité, ils acceptent des salaires inférieurs à ce qu'ils étaient en droit de réclamer.

Que tous donc, les ouvriers comme les patrons, s'appliquent, en parfaite union d'efforts et de vues, à triompher de toutes les difficultés et à surmonter tous les obstacles; que les pouvoirs publics ne leur ménagent pas, à cette fin salutaire, l'assistance d'une politique avisée! Que si l'on ne réussit pas néanmoins à conjurer la crise, la question se posera de savoir s'il convient de maintenir l'entreprise ou s'il faut pourvoir de quelque autre manière à l'intérêt de la main-d'œuvre. En cette occurrence, certainement très grave, il est nécessaire surtout que règnent entre les dirigeants et les employés une étroite union et une chrétienne entente des cœurs, qui se traduisent en d'efficaces efforts.

On s'inspirera enfin, dans la fixation du taux des salaires, des nécessités de l'économie générale. Nous avons dit plus haut combien il importe à l'intérêt commun que les travailleurs et employés

pervenire, superius iam exposuimus; sed aliud praetereundum non est vix minoris momenti, nostrisque temporibus apprime necessarium, ut iis nempe, qui laborare et valent et volunt, laborandi opportunitas praebetur. Hoc autem a salarii determinatione haud parum pendet; quae, sicut iuvare, ubi rectis finibus contineatur, vicissim, si hos excedat, obsistere potest. Quis enim nesciat salaria nimis extenuata vel praeter modum aucta, in causa fuisse, cur operarii ab opera locanda arcerentur? Quod quidem incommodum, cum praesertim Pontificatus Nostri temporibus productum videamus plurimosque vexaverit, operarios in miseriam et tentationes coniecit, prosperitatem civitatum pessum debet, ac publicum ordinem, pacem et tranquillitatem totius orbis terrarum in discrimen adduxit. Alienum est igitur a iustitia sociali, ut proprii emolumenti gratia et posthabita boni communis ratione opificum salaria nimis deprimantur aut extollantur: eademque postulat, ut consiliorum et voluntatum consensione, quantum fieri potest, salaria ita regantur, ut quam plurimi operam locare convenientesque fructus ad vitae sustentationem percipere possint.

---

puissent, une fois couvertes les dépenses indispensables, mettre en réserve une partie de leurs salaires afin de se constituer ainsi une modeste fortune. Mais il est un autre aspect de la question, à peine moins important, qu'on ne peut, de nos jours moins que jamais, passer sous silence. Nous voulons parler de la nécessité d'offrir à ceux qui peuvent et veulent travailler la possibilité d'employer leurs forces. Or, cette possibilité dépend, dans une large mesure, du taux des salaires, qui multiplie les occasions du travail tant qu'il reste contenu dans de raisonnables limites, et les réduit au contraire dès qu'il s'en écarte. Nul n'ignore, en effet, qu'un niveau ou trop bas ou exagérément élevé des salaires engendre également le chômage. Ce mal, qui sévit tout particulièrement sous Notre Pontificat et afflige un très grand nombre de travailleurs, les plonge dans la misère et les expose à mille tentations; il consume la prospérité des nations et compromet, par tout l'univers, l'ordre public, la paix et la tranquillité. A comprimer ou hausser indûment les salaires, dans des vues d'intérêt personnel qui ne tiendraient nul compte de ce que réclame le bien général, on s'écarterait assurément de la justice sociale. Celle-ci demande au contraire que tous les efforts et toutes les volontés conspirent à réaliser, autant qu'il se peut faire, une politique des salaires qui offre au plus grand nombre possible de travailleurs le moyen de louer leurs services et de se procurer ainsi tous les éléments d'une honnête subsistance.

Apposite etiam ad rem facit recta inter salaria proportio : quacum arcte cohaeret recta proportio pretiorum, quibus illa veneunt, quae a diversis artibus progignuntur, qualia habentur agricultura, ars industrialis, alia. Haec omnia si congruenter servantur, diversae artes in unum veluti corpus coagmentabuntur et coalescent, membrorumque instar, mutuam sibi opem perfectionemque afferent. Etenim tum demum res oeconomico-socialis et vere constabit et suos fines obtinebit, si omnibus et singulis bona omnia suppeditata fuerint, quae opibus et subsidiis naturae, arte technica, sociali rei oeconomicae constitutione praestari possunt; quae quidem bona tot esse debent, quot necessaria sunt et ad necessitatibus honestisque commodis satisfaciendum, et ad homines provehendos ad feliciorum vitam cultum, qui, modo prudenter res geratur, virtuti non solum non obest, sed magnopere prodest. (Cf. S. THOMAS, *De regimine principum*, I, 15. — Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 27.)

Quae de partitione aequa bonorum et de iustis salariis hucusque enuntiavimus, singulares personas respiciunt nec nisi oblique socialem ordinem attingunt, in quem ad sanae philosophiae principia instaurandum atque ad Evangelicae legis

---

Au même résultat contribuera encore un raisonnable rapport entre les différentes catégories de salaires, et, ce qui s'y rattache étroitement, un raisonnable rapport entre les prix auxquels se vendent les produits des diverses branches de l'activité économique, telles que l'agriculture, l'industrie, d'autres encore. Où cette harmonieuse proportion se réalisera, ces différentes activités s'uniront et se combineront en un seul organisme et, comme les parties du corps, se prêteront un mutuel et bienfaisant concours. L'organisme économique et social sera sainement constitué et atteindra sa fin, alors seulement qu'il procurera à tous et à chacun de ses membres tous les biens que les ressources de la nature et de l'industrie, ainsi que l'organisation vraiment sociale de la vie économique, ont le moyen de leur procurer. Ces biens doivent être assez abondants pour satisfaire aux besoins d'une honnête subsistance et pour élever les hommes à ce degré d'aisance et de culture, qui, pourvu qu'on en use sagement, ne met pas obstacle à la vertu, mais en facilite au contraire singulièrement l'exercice.

Ce que Nous avons dit jusqu'à présent de l'équitable répartition des biens et du juste salaire regarde surtout les individus et ne touche qu'indirectement cet ordre social que Léon XIII, Notre Prédecesseur, s'est appliqué avec tant de sollicitude à restaurer selon les



altissima praecepta perficiendum, Decessor Noster Leo XIII omnem curam cogitationemque contulit suam.

Attamen ut eius feliciter incepta stabiliantur, perficianturque reliqua, atque uberiora adhuc et laetiora in humanam familiam redundant emolumenta, duo necessaria maxime sunt : institutionum reformatio atque emendatio morum.

Ac reformationem quidem institutionum cum commemoramus, res publica praecipue menti obversatur, non quasi ab eius opera universa salus sit exspectanda, sed quia ob « individualismi » quem diximus vitium eo res sunt redactae, ut prostrata ac paene extincta locuplete illa et quondam per diversi generis consociationes composite evoluta vita sociali, fere soli remanserint singulares homines et res publica, haud parvo ipsius rei publicae detrimento, quae, amissa forma regiminis socialis susceptisque oneribus omnibus, quae deletae illae consociationes antea perferebant, negotiis et officiis propemodum infinitis obruta est atque oppressa.

Nam etsi verum est, idque historia luculenter ostendit, ob mutatas rerum condiciones multa nunc non nisi a magnis consociationibus posse praestari, quae superiore aetate a parvis etiam

principes de la saine philosophie et à organiser plus parfaitement suivant les sublimes préceptes de la loi évangélique.

Toutefois, pour affermir ce qu'il a lui-même si heureusement commencé, pour mener à bien la tâche qui reste à accomplir et pour en faire retirer à la famille humaine de plus amples et de plus heureux fruits, deux choses surtout sont nécessaires : la réforme des institutions et la réforme des mœurs.

Parlant de la réforme des institutions, c'est tout naturellement l'Etat qui vient à l'esprit. Non certes qu'il faille fonder sur son intervention tout espoir de salut ! Mais, depuis que l'individualisme a réussi à briser, à étouffer presque cet intense mouvement de vie sociale qui s'épanouissait jadis en une riche et harmonieuse floraison de groupements les plus divers, il ne reste plus guère en présence que les individus et l'Etat. Cette déformation du régime social ne laisse pas de nuire sérieusement à l'Etat, sur qui retombent, dès lors, toutes les fonctions que n'exercent plus les groupements disparus, et qui se voit accablé sous une quantité à peu près infinie de charges et de responsabilités.

Il est vrai sans doute, et l'histoire en fournit d'abondants témoignages, que, par suite de l'évolution des conditions sociales, bien des choses que l'on demandait jadis à des associations de moindre enver-

praebebantur, fixum tamen immotumque manet in philosophia sociali gravissimum illud principium quod neque moveri neque mutari potest : sicut quae a singularibus hominibus proprio Marte et propria industria possunt perfici, nefas est eisdem eripere et communitati demandare, ita quae a minoribus et inferioribus communitatibus effici praestarique possunt, ea ad maiorem et altiorem societatem avocare iniuria est simulque grave damnum ac recti ordinis perturbatio; cum socialis quaevis opera vi naturaque sua subsidium afferre membris corporis socialis debeat, numquam vero eadem destruere et absorbere.

Minoris igitur momenti negotia et curas, quibus alioquin maxime destineretur, inferioribus coetibus expedienda permittat suprema rei publicae auctoritas oportet; quo fiet, ut liberius, fortius et efficacius ea omnia exsequatur, quae ad ipsam solam spectant, utpote quae sola ipsa praestare possit : dirigendo, vigilando, urgendo, coercendo, prout casus fert et necessitas postulat. Quare sibi animo persuasum habeant, qui rerum potiuntur : quo perfectius, servato hoc « subsidiarii » officii principio, hierarchicus inter diversas consociationes ordo

---

gure ne peuvent plus désormais être accomplies que par de puissantes collectivités. Il n'en reste pas moins indiscutable qu'on ne saurait ni changer ni ébranler ce principe si grave de philosophie sociale : de même qu'on ne peut enlever aux particuliers, pour les transférer à la communauté, les attributions dont ils sont capables de s'acquitter de leur seule initiative et par leurs propres moyens, ainsi ce serait commettre une injustice, en même temps que troubler d'une manière très dommageable l'ordre social, que de retirer aux groupements d'ordre inférieur, pour les confier à une collectivité plus vaste et d'un rang plus élevé, les fonctions qu'ils sont en mesure de remplir eux-mêmes.

L'objet naturel de toute intervention en matière sociale est d'aider les membres du corps social, et non pas de les détruire ni de les absorber.

Que l'autorité publique abandonne donc aux groupements de rang inférieur le soin des affaires de moindre importance où se disperserait à l'excès son effort; elle pourra dès lors assurer plus librement, plus puissamment, plus efficacement les fonctions qui n'appartiennent qu'à elle, parce qu'elle seule peut les remplir; diriger, surveiller, stimuler, contenir selon que le comportent les circonstances ou l'exige la nécessité. Que les gouvernants en soient donc bien persuadés : plus parfaitement sera réalisé l'ordre hiérarchique des divers groupements selon ce principe de la fonction supplétive de toute collectivité, plus

viguerit, eo praestantiorum fore socialem et auctoritatem et efficiantiam, eoque feliciorum laetiorumque rei publicae statum.

Id autem in primis spectare, in id intendere et res publica et optimus quisque civis debent, ut « classium » oppositarum disceptatione superata, concors « ordinum » conspiratio excitetur et provehatur.

In reficiendos igitur « ordines » ars politica socialis incumbat necesse est. Reapse violentia adhuc perseverat et hac de causa instabilis ac nutans humanae societatis condicio, quippe quae « classibus » innitatur diversa appetentibus et ideo oppositis, proptereaque ad inimicitias dimicationesque pronis.

Etenim, quamquam opera, ut luculenter explanat Decessor Noster in suis Litteris (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 16), non est vilis merx, sed operarii dignitas humana in ea agnoscatur oportet, ac proinde nequit mercis cuiuslibet instar emi vendique, tamen, quae nunc est rerum condicio, operae conductio ac locatio homines in mercatu quem dicunt laboris in duas partes ceu acies dispescit; harum autem partium disceptatio ipsum operae mercatum quasi in campum vertit, ubi adversis frontibus acriter illae acies dimicant. Huic pessimo malo, quo tota humana societas in exitium abripitur, quam citissime esse

grandes seront l'autorité et la puissance sociale, plus heureux et plus prospère l'état des affaires publiques.

L'objectif que doivent avant tout se proposer l'Etat et l'élite des citoyens, ce à quoi ils doivent appliquer tout d'abord leur effort, c'est de mettre un terme au conflit qui divise les classes et de provoquer et encourager une cordiale collaboration des professions.

La politique sociale mettra donc tous ses soins à reconstituer les corps professionnels. Jusqu'à présent, en effet, la société reste plongée dans un état violent, partant instable et chancelant, puisqu'elle se fonde sur des classes que des appétits contradictoires mettent en conflit et qui, de ce chef, inclinent trop facilement à la haine et à la guerre. En effet, bien que le travail, ainsi que l'exposait nettement Notre Prédécesseur dans son Encyclique, ne soit pas une simple marchandise, qu'il faille reconnaître en lui la dignité humaine de l'ouvrier et qu'on ne puisse pas l'échanger comme une denrée quelconque, de nos jours, sur le marché du travail, l'offre et la demande opposent les parties en deux classes, comme en deux camps; le débat qui s'ouvre transforme le marché en un champ clos où les deux armées se livrent un combat acharné. A ce grave désordre qui mène la société à la ruine, tout le monde le comprend, il est urgent de porter un prompt

medendum nemo est qui non intellegat. Ast perfecta sanatio tum tantum efflorescet, cum, oppositione illa e medio sublata, socialis corporis membra bene instructa constituentur: « ordines » nimirum, quibus inserantur homines non pro munere, quod quis in mercatu laboris habeat, sed pro diversis partibus socialibus, quas singuli exercent. Natura enim duce fit, ut, sicut qui loci vicinitate coniuncti sunt municipia constituunt, ita qui in eandem artem vel professionem incumbunt — sive œconomica est sive alterius generis, — collegia seu corpora quaedam efficiant, adeo ut haec consortia iure proprio utentia a multis, sin minus essentialia societati civili, at saltem naturalia dici consueverint.

Cum vero ordo, ut egregie disserit S. Thomas (Cf. S. THOM., *Contra Gent.*, III, 71; cf. *Summ. Theol.*, I, q. LXV, a. 2. i. c.), unum sit ex plurium accommodata dispositione oriens, verus ac genuinus socialis ordo postulat, ut varia societatis membra firmo aliquo vinculo in unum copulentur. Adest autem haec coniungendi vis cum in ipsis bonis producendis aut officiis praestandis, in quae eiusdem « ordinis » conductores et locatores sociato studio adlaborant, tum in bono illo communi, in quod omnes simul « ordines », pro sua quisque parte, amice

---

remède. Mais on ne saurait arriver à une guérison parfaite que si à ces classes opposées on substitue des organes bien constitués, des « ordres » ou des « professions » qui groupent les hommes non pas d'après la position qu'ils occupent sur le marché du travail, mais d'après les différentes branches de l'activité sociale auxquelles ils se rattachent. De même, en effet, que ceux que rapprochent des relations de voisinage en viennent à constituer des cités, ainsi la nature incline les membres d'un même métier ou d'une même profession, quelle qu'elle soit, à créer des groupements corporatifs, si bien que beaucoup considèrent de tels groupements comme des organes sinon essentiels, du moins naturels dans la société.

L'ordre résultant, comme l'explique si bien saint Thomas, de l'unité d'objets divers harmonieusement disposés, le corps social ne sera vraiment ordonné que si une véritable unité relie solidement entre eux tous les membres qui le constituent. Or, ce principe d'union se trouve — et pour chaque profession, dans la production des biens ou la prestation des services que vise l'activité combinée des patrons et des ouvriers qui la constituent, — et pour l'ensemble des professions, dans le bien commun auquel elles doivent toutes, et chacune pour sa part, tendre par la coordination de leurs efforts. Cette union

conspirare debent. Quae quidem unio eo erit validior et efficacior, quo fidelius singuli homines ipsique « ordines » professionem suam exercere in eaque excellere sategerint.

Ex quo facile deducitur, in illis collegiis ea, quae totius « ordinis » sunt communia, longe primas ferre, inter quae eminent uniuscuiusque artis ad bonum commune civitatis conspiratio quam maxime fovenda. De negotiis autem, in quibus peculiaria commoda vel incommoda herorum opificumve speciali indigeant cura et tutela si quando occurrunt, seorsim utrique deliberare vel, prout res fert, decernere poterunt.

Vix est necesse commemorare, quod Leo XIII de politici regiminis forma docuit, idem, servata proportione, professionum quoque collegiis seu corporibus aequè applicari : nimirum integrum esse hominibus quam maluerint formam eligere, dummodo et iustitiae et boni communis necessitatibus sit consultum. (Cf. Litt. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885.)

Iam vero, quemadmodum municipii incolae ad fines maxime varios consociationes condere solent, quibus nomen dandi aut secus unicuique est ampla potestas, ita qui in eadem arte ver-

sera d'autant plus forte et plus efficace que les individus et les professions elles-mêmes s'appliqueront plus fidèlement à exercer leur spécialité et à y exceller.

De ce qui précède, on conclura sans peine qu'au sein de ces groupements corporatifs la primauté appartient incontestablement aux intérêts communs de la profession ; entre tous le plus important est de veiller à ce que l'activité collective s'oriente toujours vers le bien commun de la société. Pour ce qui est des questions dans lesquelles les intérêts particuliers, soit des employeurs, soit des employés, sont en jeu de façon spéciale au point que l'une des parties doit prévenir les abus que l'autre ferait de sa supériorité, chacune des deux pourra délibérer séparément sur ces objets et prendre les décisions que comporte la matière.

Il est à peine besoin de le rappeler ici, ce que Léon XIII a enseigné, au sujet des formes de gouvernement, vaut également, toute proportion gardée, pour les groupements corporatifs des diverses professions, et doit leur être appliqué : les hommes sont libres d'adopter telle forme d'organisation qu'ils préfèrent, pourvu seulement qu'il soit tenu compte des exigences de la justice et du bien commun.

Mais, comme les habitants d'une cité ont coutume de créer aux fins les plus diverses des associations auxquelles il est loisible à chacun de donner ou de refuser son nom, ainsi les personnes qui exercent la

santur, consociationes pariter liberæ alii cum aliis inibunt ad fines aliqua ratione cum ipsa arte exercenda connexos. Cum liberæ hæc consociationes a cl. mem. Decessore Nostro distincte ac dilucide explanentur, satis habemus, id unum inculcare : liberam esse homini facultatem, non solum hæc consociationes condendi, quæ iuris et ordinis sunt privati, sed etiam eam in iis « libere optandi disciplinam, easque leges, quæ maxime conducere ad id, quod propositum est, iudicentur ». (Cf. Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 42.) Eadem affirmanda est libertas consociationes instituendi, quæ singularum artium limites excedant. Quæ autem iam florent ac salutaribus lætantur fructibus liberæ associationes, collegiis iis præstantioribus seu « ordinibus », de quibus supra mentionem facimus, ad mentem doctrinæ socialis christianæ viam parare sibi præstituant et pro virili parte exsequantur!

Aliud præterea est curandum, valde cum priore cohaerens. Quemadmodum unitas societatis humanæ inniti non potest oppositione « classium », ita rei oeconomicæ rectus ordo non potest permitti libero virium certamini. Ex hoc enim capite, tamquam ex inquinato fonte omnes errores disciplinæ œcono-

---

même profession gardent la faculté de s'associer librement en vue de certains objets qui, d'une manière quelconque, se rapportent à cette profession. Comme ces libres associations ont été clairement et exactement décrites par Notre illustre Prédécesseur, il suffira d'insister sur un point : l'homme est libre, non seulement de créer de pareilles sociétés d'ordre et de droit privé, mais encore de leur « donner les statuts et règlements qui paraissent les plus appropriés au but poursuivi ». La même faculté doit être reconnue pour les associations dont l'objet déborde le cadre propre des diverses professions. Puissent les libres associations qui fleurissent déjà et portent de si heureux fruits se donner pour tâche, en pleine conformité avec les principes de la philosophie sociale chrétienne, de frayer la voie à ces organismes meilleurs, à ces groupements corporatifs dont Nous avons parlé, et d'arriver, chacune dans la mesure de ses moyens, à en procurer la réalisation.

Une autre chose encore reste à faire, qui se rattache étroitement à tout ce qui précède. De même qu'on ne saurait fonder l'unité du corps social sur l'opposition des classes, ainsi on ne peut attendre du libre jeu de la concurrence l'avènement d'un régime économique bien ordonné. C'est en effet de cette illusion, comme d'une source contaminée, que sont sorties toutes les erreurs de la science économique

miae « individualisticae » dimanarunt; quae, oblivione aut inscitia socialem ac moralem indolem rei oeconomicae delens, hanc existimavit ab auctoritate publica ut solutam prorsus ac liberam iudicandam esse et tractandam, propterea quod in mercatu seu libero competitorum certamine principium sui ipsius directivum haberet, quo multo perfectius quam ullo intellectu creato interveniente regeretur. At liberum certamen, quamquam dum certis finibus contineatur, aequum sit et sane utile, rem oeconomicam dirigere plane nequit; id quod eventus satis superque comprobavit, postquam pravi individualistici spiritus placita executioni sunt mandata. Perquam necessarium igitur est rem oeconomicam vero atque efficaci principio directivo iterum subdi et subiici. Cuius quidem muneris vices oeconomicus potentatus, qui liberum certamen nuper excepit, multo minus gerere potest, cum hic praeceps quaedam vis et potentia vehemens sit, quae ut salutaris hominibus evadat, frenari debet fortiter et regi sapienter; frenari autem et regi non potest a se ipso. Altiora igitur et nobiliora exquirenda sunt, quibus hic potentatus severe integreque gubernetur : socialis nimirum iustitia et caritas socialis. Quapropter ipsa populorum atque

---

individualiste. Cette science, supprimant par oubli ou ignorance le caractère social et moral de la vie économique, pensait que les pouvoirs publics doivent abandonner celle-ci, affranchie de toute contrainte, à ses propres réactions, la liberté du marché et de la concurrence lui fournissant un principe directif plus sûr que l'intervention de n'importe quelle intelligence créée. Sans doute, contenue dans de justes limites, la libre concurrence est chose légitime et utile; jamais pourtant elle ne saurait servir de norme régulatrice à la vie économique. Les faits l'ont surabondamment prouvé, depuis qu'on a mis en pratique les postulats d'un néfaste individualisme. Il est donc absolument nécessaire de replacer la vie économique sous la loi d'un principe directeur juste et efficace. La dictature économique qui a succédé aujourd'hui à la libre concurrence ne saurait assurément remplir cette fonction; elle le peut d'autant moins que, immodérée et violente de sa nature, elle a besoin, pour se rendre utile aux hommes, d'un frein énergique et d'une sage direction, qu'elle ne trouve pas en elle-même. C'est donc à des principes supérieurs et plus nobles qu'il faut demander de gouverner avec une sévère intégrité ces puissances économiques, c'est-à-dire à la justice et à la charité sociales. Cette justice doit donc pénétrer complètement les institutions mêmes et la vie tout entière des peuples; son efficacité vraiment opérante doit

adeo socialis vitae totius instituta ea iustitia imbuantur oportet maximeque necessarium est, ut vere efficiens evadat seu ordinem iuridicum et socialem constituat, quo oeconomia tota veluti informetur. Caritas vero socialis quasi anima esse debet huius ordinis; ad quem efficienter tuendum et vindicandum auctoritas publica alacris incumbat oportet; id quod minus difficulter praestare poterit, si ea onera a se excusserit, quae ei non esse propria ante declaravimus.

Immo vero consociatis studiis laboribusque variaë nationes id enitantur decet, ut, quoniam in genere oeconomico plurimum inter se pendent ac mutua ope indigent, faustam quandam et felicem in re oeconomica populorum conspirationem sapientibus pactionibus atque institutis promoveant.

Membra igitur socialis corporis, si, ut dictum est, reficiantur, atque rei oeconomico-socialis directivum principium si restitatur, etiam de hoc corpore aliqua ratione dici poterit, quod de Christi corpore mystico ait Apostolus : *Totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate.* (Eph. iv, 16.)

---

surtout se manifester par la création d'un ordre juridique et social qui informe en quelque sorte toute la vie économique. Quant à la charité sociale, elle doit être l'âme de cet ordre que les pouvoirs publics doivent s'employer à protéger et à défendre efficacement; tâche dont ils s'acquitteront plus facilement s'ils veulent bien se libérer des attributions qui, Nous l'avons déjà dit, ne sont pas de leur domaine propre.

Il convient aussi que les diverses nations, si étroitement solidaires et interdépendantes dans l'ordre économique, mettent en commun leurs réflexions et leurs efforts pour hâter, à la faveur d'engagements et d'institutions sagement conçus, l'avènement d'une bienfaisante et heureuse collaboration économique internationale.

Si donc l'on reconstitue, comme il a été dit, les diverses parties de l'organisme social, si l'on restitue à l'activité économique son principe régulateur, alors se vérifiera en quelque manière du corps social ce que l'Apôtre disait du corps mystique du Christ : *Tout le corps, coordonné et uni par les liens des membres qui se prêtent un mutuel secours et dont chacun opère selon sa mesure d'activité, grandit et se perfectionne dans la charité.*



Recens, ut omnes norunt, singularis inita est syndicatuum atque artium collegiorum ratio, quae, pro harum Litterarum argumento, breviter videtur hic adumbranda, opportunis quibusdam adiectis animadversionibus.

Ipsa civilis potestas syndicatuum ita constituit in personam iuridicam, ut simul quoddam monopolii privilegium ei conferat, cum ille solus, sic approbatus, opificum herorumve (pro syndicus specie) iura vindicare, ille solus de opera locanda et conducenda pacisci atque laboris foedera, quae dicuntur, firmare possit. Syndicatus nomen dare necne integrum cuique est, atque inter hos tantum limites huiusmodi syndicus liber dici potest; nam et syndicalis collecta et peculiaria quaedam tributa ab omnibus prorsus certae cuiusque artis seu professionis membris, sive opifices hi sunt sive heri, exiguntur, quemadmodum operum pactionibus a iuridico syndico initis omnes ligantur. Verum tamen est ex officio esse declaratum hunc iuridicum syndicatuum non officere, quominus existant aliae eiusdem professionis asseclarum consociationes, non tamen iure agnitae.

Collegia seu corpora constituuntur ex delegatis utriusque syndicus (operariorum nimirum et herorum) eiusdem artis seu professionis et, tamquam vera ac propria Status instrumenta

Récemment, ainsi que nul ne l'ignore, a été inaugurée une organisation syndicale et coopérative d'un genre particulier. L'objet même de Notre Encyclique Nous fait un devoir de la mentionner et de lui consacrer quelques réflexions opportunes.

L'Etat accorde au syndicat une reconnaissance légale qui n'est pas sans conférer à ce dernier un caractère de monopole, en tant que seul le syndicat reconnu peut représenter respectivement les ouvriers et les patrons, que seul il est autorisé à conclure les contrats ou conventions collectives de travail. L'affiliation au syndicat est facultative, et c'est dans ce sens seulement que l'on peut qualifier de libre cette organisation syndicale, vu que la cotisation syndicale et d'autres contributions spéciales sont obligatoires pour tous ceux qui appartiennent à une catégorie déterminée, ouvriers aussi bien que patrons, comme sont aussi obligatoires les conventions collectives de travail conclues par le syndicat légal. Il est vrai qu'il a été officiellement déclaré que le syndicat légal n'exclut pas l'existence d'associations professionnelles de fait.

Les corporations sont constituées par les représentants des syndicats ouvriers et patronaux d'une même profession ou d'un même métier et, ainsi que de vrais et propres organes ou institutions d'Etat, dirigent

atque instituta, syndicatus ipsos dirigunt eosque in rebus communibus ad unum idemque coordinant.

Cessationes operæ velantur; si partes litem componere nequeant, adest magistratus.

Iamvero, huius, quam summatim descripsimus, institutionis quaenam sint commoda, quicumque vel parum rem perpenderit, facile perspiciet : diversarum classium opera pacifice sociata, socialistarum repressa sodalitia, molimina cohibita, peculiaris magistratus moderatricem auctoritatem exercens. Ne tamen in re tanti momenti quidpiam neglegamus, utque omnia, quae sive cum principiis generalioribus, quae supra in memoriam redegimus, sive cum iis, quae mox sumus addituri, apte colligantur, fateri cogimur compertum Nos habere non deesse qui vereantur ne res publica, cui satis esse deberet ut necessarium et sufficiens auxilium praestaret, liberae activitati se substituat, neve syndicalis ille et corporativus novus ordo complexam administrationem et politicam nimis sapiat, neve (generalioribus illis commodis ultro equidem admissis) particularibus politicis scopis potius inserviat quam ad meliorem socialem ordinem instaurandum promovendumque conducat.

Ad hunc alterum autem nobilissimum finem assequendum

et coordonnent l'activité des syndicats dans toutes les matières d'intérêt commun.

Grève et lock-out sont interdits; si les parties ne peuvent se mettre d'accord, c'est l'autorité qui intervient.

Pas n'est besoin de beaucoup de réflexion pour découvrir les avantages de l'institution, si sommairement que Nous l'ayons décrite : collaboration pacifique des classes, éviction de l'action et des organisations socialistes, influence modératrice d'une magistrature spéciale.

Mais, pour ne rien omettre en une matière si importante, tenant compte des principes généraux ci-dessus invoqués et de ce que Nous ajouterons à l'instant, Nous devons dire cependant qu'à Notre connaissance il ne manque pas de personnes qui redoutent que l'Etat ne se substitue à l'initiative privée, au lieu de se limiter à une aide ou à une assistance nécessaire et suffisante. On craint que la nouvelle organisation syndicale et corporative ne revête un caractère exagérément bureaucratique et politique, et que, nonobstant les avantages généraux déjà mentionnés, elle ne risque d'être mise au service de fins politiques particulières, plutôt que de contribuer à l'avènement d'un meilleur équilibre social.

Nous pensons que, pour atteindre ce dernier et très noble objectif

et commune bonum vera ac stabili ratione maxime iuvandum, id in primis et ante omnia prorsus necessarium putamus, ut Deus propitius adsit, utque dein omnes qui bonam gerunt voluntatem sociata opera ad illum scopum adlaborent. Persuasum praeterea habemus, id quod ex priore colligimus, illum finem eo certius obtentum iri quo copiosior sit eorum numerus, qui technicam et professionalem et socialem peritiam suam ad id conferre sint parati, atque etiam (quod pluris est) quo copiosius erit tributum ex principiis catholicis eorumque usu ad id collatum, non quidem ab Actione Catholica (quae activam vim proprie syndicalem vel politicam sibi interdicit), sed ab iis filiis Nostris, quos ipsa Actio Catholica illis principiis imbuat quosque instituit ad apostolatam exercendum, Ecclesia duce ac magistra; Ecclesiam dicimus, quae etiam in hoc, quem adumbravimus, campo, sicut ubicumque de rebus moralibus quaestio est ac disceptatio, vigilantiae et magisterii mandatum sibi divinitus impositum oblivioni dare vel incuria praeterire non potest unquam.

Quae autem de sociali ordine instaurando et perficiendo docuimus, ea profecto effici nullatenus posse sine morum reformatione vel ipsa rerum gestarum documenta aperte demonstrant. Fuit enim aliquando ordo quidam socialis, qui etsi per-

---

et procurer par là le bien réel et durable de la collectivité, il est besoin, d'abord et par-dessus tout, de la bénédiction de Dieu et, ensuite, de la collaboration de toutes les bonnes volontés. Nous croyons en outre, par une conséquence nécessaire, que cet objectif sera d'autant plus sûrement atteint que plus large sera la contribution des compétences techniques, professionnelles et sociales, et, plus encore, des principes catholiques et de leur pratique, de la part, non pas de l'Action catholique (qui n'entend pas déployer une activité strictement syndicale ou politique), mais de la part de ceux de Nos fils que l'Action catholique aura parfaitement pénétrés de ces principes et préparés à s'en faire les apôtres sous la conduite et le magistère de l'Eglise, de cette Eglise qui, même dans le domaine particulier dont Nous venons de parler, comme d'ailleurs partout où s'agitent et se règlent des questions morales, ne peut oublier ou négliger le mandat de garder et d'enseigner que Dieu lui a conféré.

Mais tout ce que Nous avons enseigné sur la restauration et l'achèvement de l'ordre social ne s'obtiendra jamais sans une réforme des mœurs. L'histoire Nous en fournit un très convaincant témoignage. Il a existé, en effet, un ordre social, qui sans être de tous points par-

fectus quidem et omnibus numeris absolutus non erat, por temporum tamen condicione et necessitatibus rectae rationi quadantenus congruebat. Quod si periit ille ordo iam dudum, sane non id accidit, quia mutatis rerum condicionibus et necessitatibus ipse accommodari se evolvendo et quodammodo dilatari non potuit; sed ideo potius, quia homines aut nimio sui amore obdurati eius ordinis gremium pandere, ut oportuisset, crescenti numero multitudinis renuerunt, aut quia falsae libertatis specie aliisque erroribus illecti cuiusvis potestatis impatientes, omne detrectare imperium conati sunt.

Reliquum igitur est ut, ea quae nunc viget rei oeconomicae ratione, et socialismo, acerrimo eius accusatore, iterum in iudicium vocatis atque aperta de illis iustaque lata sententia, tot malorum, radicem penitus investigemus et primum maximeque necessarium remedium in moribus reformandis indicemus.

### III

Graves sane mutationes cum rei oeconomicae ratio tum socialismus inde a Leonis XIII aetate subiere.

Ac primum quidem oeconomiae speciem vehementer commutatam esse, in oculis est omnium. Nostis, Venerabiles Fratres

---

fait, répondait cependant, autant que le permettaient les circonstances et les exigences de temps, aux préceptes de la droite raison. Si cet ordre a depuis longtemps disparu, ce n'est certes pas qu'il n'ait pu évoluer et se développer pour s'accommoder à ce que réclamaient des circonstances et des nécessités nouvelles. La faute en fut bien plutôt aux hommes, soit que leur égoïsme endurci ait refusé d'ouvrir, comme il eût fallu, les cadres de leur organisation à la multitude croissante qui demandait à y pénétrer, soit que, séduits par l'attrait d'une fausse liberté ou victimes d'autres erreurs, ils se soient montrés impatientes de tout joug et aient voulu s'affranchir de toute autorité.

Il Nous reste donc à faire comparaître le régime économique actuel et le socialisme, son accusateur acharné; à porter publiquement sur eux un jugement équitable, puis, ayant cherché la cause profonde de tant de maux, à indiquer le remède primordial et le plus indispensable, la réforme des mœurs.

### III

De profonds changements ont été subis depuis Léon XIII par le régime économique aussi bien que par le socialisme.

Et d'abord, que les conditions économiques aient fortement changé,

dilectique Filii, fel. rec. Decessorem Nostrum suis Litteris eam vel maxime oeconomiae rationem spectasse, qua generatim ad commune rei oeconomicae exercitium ab aliis res, ab aliis opera praestaretur, quemadmodum, felici verborum complexu usus, eam desiniebat : « Non res sine opera nec sine re potest opera consistere. » (Litt. Encycl. *Rerum novarum*, n. 15.)

Hanc autem oeconomiae rationem ad recti ordinis normam componere Leo XIII totis viribus contendit : unde patet per se ipsam non esse damnandam. Et sane suapte natura vitiosa non est ; sed tunc rectum ordinem violat, quando res operarios seu proletariam classem eo fine, eaque condicione conduit, ut negotia atque adeo res oeconomica tota ad sui ipsius nutum et commodum vertantur, humana operariorum dignitate, sociali oeconomiae indole ipsaque iustitia sociali ac bono communi contemptis.

Verum est ne hodie quidem solam hanc oeconomiae rationem ubique vigere : est enim et alia ratio, cui addicta est adhuc ingens et numero et pondere valens hominum multitudo, ut v. gr. ordo agricularum, in quo maior generis humani pars honeste ac probe, quae ad victum cultumque pertinent, sibi

la chose est manifeste. Vous le savez, Vénérables Frères et très chers Fils, Notre Prédécesseur, d'heureuse mémoire, a eu surtout en vue, en écrivant son Encyclique, le régime dans lequel les hommes contribuent d'ordinaire à l'activité économique, les uns par les capitaux, les autres par le travail, comme il le définissait dans une heureuse formule : « Il ne peut y avoir de capital sans travail, ni de travail sans capital. »

Ce régime Léon XIII consacre tous ses efforts à l'organiser selon la justice ; il est donc évident qu'il n'est pas à condamner en lui-même. Et, de fait, ce n'est pas sa constitution qui est mauvaise ; mais il y a violation de l'ordre quand le capital n'engage les ouvriers ou la classe des prolétaires qu'en vue d'exploiter à son gré et à son profit personnel l'industrie et le régime économique tout entier, sans tenir aucun compte ni de la dignité humaine des ouvriers, ni du caractère social de l'activité économique, ni même de la justice sociale et du bien commun.

Il est vrai que, même à l'heure présente, ce régime n'est pas partout en vigueur ; il en est un autre qui gouverne encore une nombreuse et très importante fraction de l'humanité ; c'est le cas par exemple de la profession agricole, où un très grand nombre d'hommes trouvent leur subsistance au prix d'un travail probe et honnête. Cet

comparat. Suis etiam haec angustiis premitur et difficultatibus, quas et respicit Decessor Noster non paucis Litterarum suarum locis, et Nos hisce Nostris non semel attigimus.

Ast « capitalisticum » oeconomiae regimen, cum industriae usus toto orbe terrarum dilatatus sit, plurimum et ipsum post Leonis XIII Encyclicas Litteras datas quaquaversus est dilapsus adeo, ut etiam eorum, qui extra eius ambitum versantur, oeconomiam et socialem condicionem invaserit et pervaserit, eamque suis sive commodis sive incommodis et vitiis, vere afficiat et quodammodo informet.

Itaque non eorum solum, qui regiones incolunt « capitali » et industriae addictas, sed omnium prorsus hominum bono consulimus, cum ad mutationes praesertim, quas capitalistica oeconomiae ratio inde a Leonis tempore passa est, animos convertemus.

Atque in primis omnium oculos percellit, nostris temporibus non modo coacervari opes, sed immanem accumulari potentiam et despoticum potentatum oeconomicum penes paucos, qui plerumque non domini, sed depositae rei custodes tantum et administratores sunt eamque nutu suo arbitrioque regunt.

autre régime économique n'est pourtant pas exempt d'angoissantes difficultés, que Notre Prédécesseur signale en plusieurs endroits de sa Lettre et auxquelles Nous-même avons fait ci-dessus plus d'une allusion.

Mais, depuis la publication de l'Encyclique de Léon XIII, avec l'industrialisation progressive du monde, le régime capitaliste a, lui aussi, considérablement étendu son emprise, envahissant et pénétrant les conditions économiques et sociales de ceux-là mêmes qui se trouvent en dehors de son domaine, y introduisant, en même temps que ses avantages, ses inconvénients et ses défauts, et lui imprimant pour ainsi dire sa marque propre.

Ce n'est donc pas seulement pour le bien de ceux qui habitent les régions de capitalisme et d'industrie, mais pour celui du genre humain tout entier que Nous allons examiner les changements survenus depuis Léon XIII dans le régime capitaliste.

Ce qui à notre époque frappe tout d'abord le regard, ce n'est pas seulement la concentration des richesses, mais encore l'accumulation d'une énorme puissance, d'un pouvoir économique discrétionnaire, aux mains d'un petit nombre d'hommes qui d'ordinaire ne sont pas les propriétaires, mais les simples dépositaires et gérants du capital qu'ils administrent à leur gré.

Qui potentatus ab iis vehementissime exercetur, qui, cum pecunias teneant et in eis dominantur, potiuntur etiam fenebris fidei et in credenda pecunia regnant, eamque ob causam veluti sanguinem administrant, quo vivit tota res oeconomica, et manibus suis quasi animam rei oeconomicae ita versant, ut contra eorum nutum respirare nemo possit.

Haec potentiae et virium accumulatio, recentissimae oeconomiae quasi nativa nota, fructus est quem natura sua protulit infinita competitorum certandi libertas, quae eos tantum superstites relinquit qui plurimum valeant, quod saepe idem est ac dicere, qui omnium violentissime dimicant, qui minime animi conscientiam curant.

Ea vicissim virium et potentiae acervatio tria gignit concertationum genera : contenditur enim primum de ipso oeconomico potentatu, tum acriter decertatur de potentatu in rempublicam capessendo, ut eius viribus atque potestate ad oeconomicas congressiones liceat abuti; inter ipsas denique respublicas dimicatur, cum quod nationes, ad suorum quaeque civium oeconomica commoda promovenda, vim et politicam suam adhibent, tum quod potentatu et viribus suis oeconomicis adhibitis, politicas controversias inter nationes ortas dirimere contendunt.

Ce pouvoir est surtout considérable chez ceux qui, détenteurs et maîtres absolus de l'argent, gouvernent le crédit et le dispensent selon leur bon plaisir. Par là, ils distribuent en quelque sorte le sang à l'organisme économique dont ils tiennent la vie entre leurs mains, si bien que sans leur consentement nul ne peut plus respirer.

Cette concentration du pouvoir et des ressources, qui est comme le trait distinctif de l'économie contemporaine, est le fruit naturel d'une concurrence dont la liberté ne connaît pas de limites; ceux-là seuls restent debout, qui sont les plus forts, ce qui souvent revient à dire, qui luttent avec le plus de violence, qui sont le moins gênés par les scrupules de conscience.

A son tour cette accumulation de forces et de ressources amène à lutter pour s'emparer de la Puissance, et ceci de trois façons : on combat d'abord pour la maîtrise économique; on se dispute ensuite le pouvoir politique, dont on exploitera les ressources et la puissance dans la lutte économique; le conflit se porte enfin sur le terrain international, soit que les divers Etats mettent leurs forces et leur puissance politique au service des intérêts économiques de leurs ressortissants, soit qu'ils se prévalent de leurs forces et de leur puissance économiques pour trancher leurs différends politiques.

Individualistici profecto in re oeconomica spiritus ultima consectaria sunt ea, quae vos ipsi, Venerabiles Fratres dilectique Filii, et perspicitis et doletis : liberum virium certamen ipsum se interemit; libero mercatui oeconomicus potentatus suffectus est; lucri cupiditati proinde effrenata potentatus ambitio successit; tota oeconomia horrendum in modum dura, immitis, atrox est facta. Huc accedunt quae ex publicae potestatis et ipsius oeconomiae muneribus officiisque permixtis et foede confusis orta sunt gravissima damna : quale, unum ex summis, abiectio quaedam reipublicae maiestatis, quae cum ab omni studio partium libera et uni bono communi iustitiaeque intenta, veluti regina et suprema arbitra rerum, alte sedere deberet, serva fit, hominum libidini et cupiditatibus tradita et mancipata. Quod autem ad nationes attinet inter se agentes, ex uno capite duplex effluxit diversum flumen : hinc « nationalismus » emanat aut etiam « imperialismus » oeconomicus, illinc vero non minus funestus et execrandus rei nummariae « internationalismus » seu « imperialismus internationalis » cui, ubi bene, ibi patria est.

Quae tantis his malis mederi possint, ea in parte altera harum Litterarum exposuimus ubi doctrinam data opera tradi-

---

Ce sont là les dernières conséquences de l'esprit individualiste dans la vie économique, conséquences que vous-mêmes, Vénérables Frères et très chers Fils, connaissez parfaitement et déplorez : la libre concurrence s'est détruite elle-même; à la liberté du marché a succédé une dictature économique. L'appétit du gain a fait place à une ambition effrénée de dominer. Toute la vie économique est devenue horriblement dure, implacable, cruelle. A tout cela viennent s'ajouter les graves dommages qui résultent d'une fâcheuse confusion entre les fonctions et devoirs d'ordre politique et ceux d'ordre économique : telle, pour n'en citer qu'un d'une extrême importance, la déchéance du pouvoir : lui qui devrait gouverner de haut, comme souverain et suprême arbitre, en toute impartialité et dans le seul intérêt du bien commun et de la justice, il est tombé au rang d'esclave et devenu le docile instrument de toutes les passions et de toutes les ambitions de l'intérêt. Dans l'ordre des relations internationales, de la même source sortent deux courants divers : c'est d'une part le nationalisme ou même l'impérialisme économique, de l'autre, non moins funeste et détestable, l'internationalisme ou impérialisme international de l'argent, pour lequel là où est l'avantage, là est la patrie.

Par quels remèdes il est possible d'obvier à un mal si profond, Nous l'avons indiqué en exposant la doctrine dans la seconde partie de cette



dimus, ita ut hoc loco breviter illa in memoriam redigere satis habeamus. Quandoquidem re et opera maxime innititur praesens oeconomiae ratio, rectae rationis seu christianae philosophiae socialis principia circa rem, operam earumque consociationem et mente agnoscantur et opere ad effectum deducantur necesse est. Duplex imprimis et rei seu domini et operae seu laboris ratio, id est individualis et socialis, aequae et rite pensanda est, ut et individualismi et collectivismi scopuli vitentur. Mutuae utrorumque relationes ad strictissimae iustitiae leges, quam commutativam vocant, exigi debent, christiana caritate adminiculante. Liberum certamen certis ac debitis limitibus saeptum, magis etiam oeconomicus potentatus publicae auctoritati in iis, quae ad eius munus spectant, efficaciter subdantur oportet. Ipsa vero populorum publica instituta ad boni communis necessitates seu ad iustitiae socialis normam totam humanam consortionem conformare debent; quo fieri nequit quin etiam gravissima illa vitae socialis pars, quae est res oeconomica, ad rectum et sanum ordinem redeat.

Haud minus profunde quam oeconomiae species inde a Leonis aetate mutatus est ipse socialismus, quocum fuit maxime

---

Lettre; il Nous suffira dès lors de rappeler ici la substance de Notre enseignement. Puisque le régime économique moderne repose principalement sur le capital et le travail, les principes de la droite raison ou de la philosophie sociale chrétienne concernant ces deux éléments, ainsi que leur collaboration, doivent être reconnus et mis en pratique. Pour éviter l'écueil tant de l'individualisme que du socialisme, on tiendra surtout un compte égal du double caractère, individuel et social, que revêtent le capital ou propriété d'une part et le travail de l'autre. Les rapports entre l'un et l'autre doivent être réglés selon les lois d'une très exacte justice commutative avec l'aide de la charité chrétienne. Il faut que la libre concurrence contenue dans de raisonnables et justes limites, et plus encore la puissance économique, soient effectivement soumises à l'autorité publique, en tout ce qui relève de celle-ci. Enfin les institutions des divers peuples doivent conformer tout l'ensemble des relations humaines aux exigences du bien commun, c'est-à-dire aux règles de la justice sociale; d'où il résultera nécessairement que cette fonction si importante de la vie sociale qu'est l'activité économique retrouvera, à son tour, la rectitude et l'équilibrium de l'ordre.

Non moins profonde que celle du régime économique est la transformation subie depuis Léon XIII par le socialisme, le principal adver-

Decessori Nostro certandum. Qui enim tunc unus fere dici poterat et doctrinae capita propugnabat definita eaque in unum corpus compacta, hi exinde in duas praecipue partes invicem plerumque adversantes atque adeo infensissimas discissus est, ita tamen ut a fundamento fidei christianae contrario, quod socialismo proprium erat, neutra discesserit.

Altera enim socialismi pars eandem fere subiit mutationem, quam oeconomiam capitalisticam subisse supra explicuimus, et in « communismum » ruit, qui bina docet ac persequitur, neque id occulte aut per cuniculos, sed palam, aperte, omnibus mediis etiam violentissimis quibusque adhibitis : acerrimam inter classes luctationem, plenamque dominii privati extinctionem. In quibus persequendis, nihil est quod non audeat, nihil quod vereatur; rerum vero potitus, incredibile ac portento simile est quam se atrocem, quam inhumanum ostendat. Testantur id exitiosae illae strages et ruinae, quibus vastissimas Europae orientalis atque Asiae ditiones constravit; Sanctae vero Ecclesiae ipsique Deo quam sit inimicus et apertus hostis, nimis, proh dolor! nimis est factis comprobatum et omnibus apprime notum. Ideo, quamquam probos quidem ac fideles Ecclesiae filios de impia et

---

saire visé par Notre Prédécesseur. Alors, en effet, le socialisme pouvait être considéré comme sensiblement un; il défendait des doctrines bien définies et formant un tout organique; depuis, il s'est divisé en deux partis principaux, le plus souvent opposés entre eux et même ennemis acharnés, sans que toutefois ni l'un ni l'autre ait renoncé au fondement antichrétien qui caractérisait le socialisme.

Une partie, en effet, du socialisme a subi un changement semblable à celui que Nous venons plus haut de faire constater dans l'économie capitaliste, et a versé dans le communisme : celui-ci a, dans son enseignement et son action, un double objectif qu'il poursuit non pas en secret et par des voies détournées, mais ouvertement, au grand jour et par tous les moyens, même les plus violents : une lutte des classes implacable et la disparition complète de la propriété privée. A la poursuite de ce but, il n'est rien qu'il n'ose, rien qu'il respecte; là où il a pris le pouvoir, il se montre sauvage et inhumain à un degré qu'on a peine à croire et qui tient du prodige, comme en témoignent les épouvantables massacres et les ruines qu'il a accumulés dans d'immenses pays de l'Europe orientale et de l'Asie; à quel point il est l'adversaire et l'ennemi déclaré de la sainte Eglise et de Dieu lui-même, l'expérience, hélas! ne l'a que trop bien prouvé, et tous le savent abondamment. Nous ne jugeons assurément pas nécessaire d'avertir les fils bons et fidèles de l'Eglise touchant la nature impie et injuste

iniqua communismi natura monere supervacaneum existimamus, tamen sine profundo dolore contemplari non possumus incuriam eorum, qui imminencia haec pericula contemnere videntur, et inertes quadam desidia patiuntur propagari quaquaversus ea, quibus per vim, per caedem, tota societas contrucidetur; eoque gravius condemnanda est socordia eorum, qui auferre aut mutare neglegunt eas rerum conditiones, quibus populorum animi exasperantur atque via munitur ad societatem subvertendam et profligandam.

Milium sane est altera pars, quae « socialismi » nomen retinet, qui non solum a vi adhibenda abstinendum profitetur, sed ipsam classium pugnam et privatae possessionis extinctionem, si minus abiicit, aliqua ratione mitigat et temperat. Suis principiis et consuetudinibus inde a communismo deductis exterritum, socialismum ad veritates, quas christiana traditio semper sollemnes habuit, vergere et quodammodo accedere diceres: negari enim nequit ad ea quae christiani societatis reformatores iure postulant, horum placita interdum valde appropinquare.

Classium enim pugna, modo ab inimicitias mutuoque odio absteineat, paulatim transit in honestam quandam discepta-

du communisme; mais, cependant, Nous ne pouvons voir sans une profonde douleur l'incurie de ceux qui, apparemment insouciants de ce danger imminent et lâchement passifs, laissent se propager de toutes parts des doctrines qui, par la violence et le meurtre, vont à la destruction de la société tout entière. Ceux-là surtout méritent d'être condamnés pour leur inertie, qui négligent de supprimer ou de changer des états de choses qui exaspèrent les esprits des masses et préparent ainsi la voie au bouleversement et à la ruine de la société.

Plus modéré sans doute est l'autre parti, qui a conservé le nom de socialisme: non seulement il repousse le recours à la force mais, sans rejeter complètement — d'ordinaire du moins — la lutte des classes et la disparition de la propriété privée, il y apporte certaines atténuations et certains tempéraments.

On dirait que le socialisme, effrayé par ses propres principes et par les conséquences qu'en tire le communisme, se tourne vers les doctrines de la vérité chrétienne et, pour ainsi dire, se rapproche d'elles: on ne peut nier, en effet, que parfois ses revendications ressemblent étonnamment à ce que demandent ceux qui veulent réformer la société selon les principes chrétiens.

La lutte des classes, en effet, si elle renonce aux actes d'hostilité et à la haine mutuelle, se change peu à peu en une légitime discussion d'intérêts, fondée sur la recherche de la justice, et qui, si elle n'est

tionem, iustitiae studio fundatam, quae, etsi non est illa beata pax socialis quam omnes appetimus, principium esse potest et debet unde ad mutuam « ordinum » cooperationem deveniatur. Bellum etiam dominiis privatis indictum, magis magisque sedatum, restringitur ita, ut tandem aliquando non ipsa possessio impetatur earum rerum, quae producendis bonis inservant, sed imperium quoddam sociale, quod contra omne ius dominium arripuit et usurpavit. Re enim vera tale imperium non ipsis dominis, sed publicae potestati est proprium. Quod si fiat, eo perveniri potest, ut sensim sine sensu haec mitioris socialismi placita a votis et postulatis eorum qui, christianis principiiis innixi, humanam societatem reformare student, iam non dissideant. Etenim certa quaedam bonorum genera rei publicae reservanda merito contenditur, cum tam magnum secum ferant potentatum, quantus privatis hominibus, salva re publica, permitti non possit.

Huiusmodi iusta postulata et desideria iam nil habent, quod a christiana veritate abhorreat, multoque minus socialismo sunt propria. Quapropter, qui haec tantummodo persequuntur, non habent cur socialismo se aggregent.

---

pas cette heureuse paix sociale que nous désirons tous, peut cependant et doit être un point de départ pour arriver à une coopération mutuelle des professions. La guerre déclarée à la propriété privée se calme, elle aussi, de plus en plus et se restreint de telle sorte que, en définitive, ce n'est plus la propriété même des moyens de production qui est attaquée, mais une certaine prépotence sociale, que cette propriété, contre tout droit, s'est arrogée et a usurpée. Et, de fait, une telle puissance appartient en propre non à celui qui simplement possède, mais à l'autorité publique.

De la sorte, les choses peuvent en arriver insensiblement à ce que les idées de ce socialisme mitigé ne diffèrent plus de ce que souhaitent et demandent ceux qui cherchent à réformer la société sur la base des principes chrétiens. Car il y a certaines catégories de biens pour lesquels on peut soutenir avec raison qu'ils doivent être réservés à la collectivité, lorsqu'ils en viennent à conférer une puissance économique telle, qu'elle ne peut, sans danger pour le bien public, être laissée entre les mains des personnes privées.

Des demandes et des réclamations de ce genre sont justes et n'ont rien qui s'écarte de la vérité chrétienne; encore bien moins peut-on dire qu'elles appartiennent en propre au socialisme. Ceux donc qui ne veulent pas autre chose n'ont aucune raison pour s'inscrire parmi les socialistes.

Neque tamen existimet quisquam eas sectas seu factiones socialisticas, quae non sunt communisticae, ad unam omnes sive re sive nomine eo usque resipuisse. Ut plurimum sive classium pugnam sive dominii extinctionem non abiiciunt, sed solummodo aliqua ratione temperant. Iamvero, si ita falsa principia mitigantur et aliqua ratione obliterantur, oritur, seu potius immerito a quibusdam movetur quaestio, num forte etiam christianae veritatis principia aliqua ratione aut mitigari aut temperari possint ita, ut socialismo eatur obviam et media quasi via cum eo conveniatur. Sunt, qui inani spe illiciantur fore, ut hac ratione socialistæ ad nos pertrahantur. Vana tamen spes! Qui enim apostoli esse volunt inter socialistas, christianam veritatem plenam atque integram aperte et sincere profiteantur oportet, neque ulla ratione erroribus conniveant. Id imprimis satagant, si vere Evangelii praecones esse velint, ut socialistis ostendant eorum postulata, quatenus iusta sint, ex principiis christianae fidei multo validius defendi et ex viribus christianae caritatis multo efficacius provehi.

Sed quid, si ad pugnam classium et dominia privata quod attinet, socialismus re vera ita sit temperatus atque emendatus,

---

Il ne faudrait cependant pas croire que les partis ou groupements socialistes qui ne sont pas communistes en sont tous, sans exception, revenus jusque-là, soit en fait, soit dans leurs programmes.

En général, ils ne rejettent ni la lutte des classes ni la suppression de la propriété; ils se contentent d'y apporter quelques atténuations.

Mais alors, si ces faux principes sont ainsi mitigés et en quelque sorte estompés, une question se pose, ou plutôt est soulevée à tort de divers côtés : Ne pourrait-on peut-être pas apporter ainsi aux principes de la vérité chrétienne quelque adoucissement, quelque tempérament, afin d'aller au-devant du socialisme, et de pouvoir se rencontrer avec lui sur une voie moyenne? Il y en a qui nourrissent le fol espoir de pouvoir ainsi attirer à nous les socialistes.

Vaine attente cependant! Ceux qui veulent faire parmi les socialistes œuvre d'apôtres doivent professer les vérités du christianisme dans leur plénitude et leur intégrité, ouvertement et sincèrement, sans aucune complaisance pour l'erreur. Qu'ils s'attachent avant tout, si vraiment ils veulent annoncer l'Évangile, à faire voir aux socialistes que leurs réclamations dans ce qu'elles ont de juste trouvent un appui bien plus fort dans les principes de la foi chrétienne, et une force de réalisation bien plus efficace dans la charité chrétienne.

Mais que dire, si, pour ce qui est de la lutte des classes et de la propriété privée, le socialisme s'est véritablement atténué et corrigé au

ut circa hæc iam nihil in eo sit reprehendendum? Namquid illico natura sua religioni christianæ contraria abdicavit? Est hæc quaestio, quæ multorum animos suspensos tenet. Et plurimi sunt catholici homines, qui, cum plane perspectum habeant christianæ principia nec missa fieri nec abradi unquam posse, oculos in hanc Sanctam Sedem intendere et enixe efflagitare videntur, ut decernamus, num hic socialismus a doctrinis falsis adeo resipuerit, ut sine cuiusquam principii christiani iactura admitti et quodammodo baptizari possit. Quibus ut pro paterna Nostra sollicitudine faciamus satis, hæc edicimus : sive ut doctrina, sive ut factum historicum, sive ut « actio » consideretur socialismus, si vere manet socialismus, etiam postquam veritati et iustitiæ in his, quæ diximus, concessit, componi cum Ecclesiæ catholice dogmatibus non potest : siquidem ipsam societatem fingit a christiana veritate quam maxime alienam.

Nam secundum christianam doctrinam homo, sociali natura præditus, in his terris collocatur, ut in societate et sub auctoritate a Deo ordinata (Cf. *Rom.* XIII, 1), vitam ducens, omnes suas facultates in laudem et gloriam Creatoris sui plene excolat evolvatque, atque artis aliusve vocationis suæ munere fideliter

---

point que, sur ces deux questions, on n'ait plus rien à lui reprocher? S'est-il par là débarrassé instantanément de sa nature antichrétienne? Telle est la question devant laquelle beaucoup d'esprits restent hésitants. Nombreux sont les catholiques qui, voyant bien que les principes chrétiens ne peuvent être ni laissés de côté ni supprimés, semblent tourner les regards vers le Saint-Siège et Nous demander avec instance de décider si ce socialisme est suffisamment revenu de ses fausses doctrines pour pouvoir, sans sacrifier aucun principe chrétien, être admis, et en quelque sorte baptisé. Voulant, dans Notre sollicitude paternelle, répondre à leur attente, Nous décidons ce qui suit : qu'on le considère soit comme doctrine, soit comme fait historique, soit comme « action », le socialisme, s'il demeure vraiment socialisme même après avoir concédé à la vérité et à la justice ce que Nous venons de dire, ne peut pas se concilier avec les principes de l'Église catholique : car sa conception de la société est on ne peut plus contraire à la vérité chrétienne.

Selon la doctrine chrétienne, en effet, le but pour lequel l'homme, doué d'une nature sociable, se trouve placé sur cette terre, est que, vivant en société et sous une autorité émanant de Dieu, il cultive et développe pleinement toutes ses facultés à la louange et à la gloire de son Créateur, et que, remplissant fidèlement les devoirs de sa profes-

fungendo temporalem simul et aeternam sibi comparet felicitatem. Socialismus autem, sublimis huius, cum hominis tum societatis, finis penitus ignarus et incuriosus, solius commodi causa humanam consortionem autumat esse institutam.

Ex eo enim, quod apta operum divisione efficacius quam dispertitis singulorum conatibus bona progignantur, socialistae inferunt oeconomicam efficientiam, cuius sola materialia obiecta mentibus observantur, socialiter ex necessitate procedere debere. Qua necessitate, ut totos societati se dedant subdantque, ad bonorum effectiorem quod attinet, homines adstringi existimant. Immo quam amplissimam possidere copiam rerum, quae huius vitae commodis inserviant, tanti fit, ut altiora hominis bona, ipsa libertate minime excepta, sint posthabenda atque etiam immolanda exigentiis efficacissimae bonorum effectiorem. Hanc vero humanae dignitatis iacturam in « socializzato » productionis processu subeundam, facile repensum iri autumant abundantia bonorum socialiter procreatorum, quae ad singulos profundantur, ut pro suo beneplacito commodis et cultui vitae libere ea applicare valeant. Societas ergo qualem socialismus fingit, altera ex parte absque vi plane nimia nec esse nec con-

---

sion ou de sa vocation, quelle qu'elle soit, il assure son bonheur à la fois temporel et éternel. Le socialisme, au contraire, ignorant complètement cette sublime fin de l'homme et de la société, ou n'en tenant aucun compte, suppose que la communauté humaine n'a été constituée qu'en vue du seul bien-être

En effet, de ce qu'une division appropriée du travail assure la production plus efficacement que des efforts individuels dispersés, les socialistes concluent que l'activité économique — dont les buts matériels retiennent seuls leur attention — doit, de toute nécessité, être menée socialement. Et de cette nécessité il suit, selon eux, que les hommes sont astreints, pour ce qui touche à la production, à se livrer et se soumettre totalement à la société. Bien plus, une telle importance est donnée à la possession de la plus grande quantité possible des objets pouvant procurer les avantages de cette vie, que les biens les plus élevés de l'homme, sans en excepter la liberté, seront subordonnés, et même sacrifiés, aux exigences de la production la plus rationnelle. Cette atteinte portée à la dignité humaine dans l'organisation « socialisée » de la production sera largement compensée, assurent-ils, par l'abondance des biens, qui, socialement produits, seront prodigués aux individus et que ceux-ci pourront, à leur gré, appliquer aux commodités et aux agréments de cette vie. La société

cipi potest, ex altera parte haud minus falsae libertati indulget, vera sociali auctoritate ab ea exsulante, quippe quae non in temporalibus ac materialibus commodis innitatur, sed a solo Deo, rerum omnium Creatore atque ultimo fine descendat. (Cf. Litt. Encycl. *Diuturnum*, 29 Iunii 1881.)

Quodsi socialismus, ut omnes errores, aliquid in se veritatis admisit (quod quidem Summi Pontifices numquam sunt inficiati), nilitur tamen doctrina de humana societate, ipsi propria, a vero christianismo absona. Socialismus religiosus, socialismus christianus pugnancia dicunt : nemo potest simul catholicus probus esse et veri nominis socialista.

Quae quidem omnia, a Nobis sollemni auctoritate innovata et confirmata, pari modo applicanda sunt novo cuidam socialistico procedendi modo, hactenus quidem minus noto, nunc vero ad plures socialismi sectas propagato. In animos moresque instituendos imprimis incumbit; praecipuè quidem infantes ipsos teneros amicitiae specie sibi allicit secumque trahit, sed totam etiam hominum multitudinem complectitur, ut homines tandem socialistici formentur, qui humanum convictum ad socialismi placita conforment.

---

donc, telle que la rêve le socialisme, d'un côté ne peut exister, ni même se concevoir, sans un emploi de la contrainte manifestement excessif, et de l'autre jouit d'une licence non moins fautive, puisqu'en elle disparaît toute vraie autorité sociale : celle-ci, en effet, ne peut se fonder sur les intérêts temporels et matériels, mais ne peut venir que de Dieu, Créateur et fin dernière de toutes choses.

Que si le socialisme, comme toutes les erreurs, contient une part de vérité (ce que d'ailleurs les Souverains Pontifes n'ont jamais nié), il n'en reste pas moins qu'il repose sur une théorie de la société qui lui est propre et qui est inconciliable avec le christianisme authentique. Socialisme religieux, socialisme chrétien, sont des contradictions : personne ne peut être en même temps bon catholique et vrai socialiste.

Tout ce qui vient d'être rappelé par Nous et confirmé solennellement de Notre autorité doit également s'appliquer à une forme nouvelle du socialisme, encore peu connue en vérité, mais qui actuellement se répand dans un très grand nombre de groupements socialistes. Il s'attache avant tout à mettre son empreinte sur les esprits et sur les mœurs; ce sont tout particulièrement les enfants que dès le jeune âge il attire à lui sous couleur d'amitié pour les entraîner à sa suite, mais il s'adresse aussi à la masse entière des hommes, pour arriver enfin à former l'homme « socialiste », qui puisse modeler la société selon ses principes.



Cum in Nostris Encyclicis Litteris *Divini illius Magistri*, quibus principiis insistat, quos fines persequatur paedagogia christiana docuerimus abunde (Litt. Encycl. *Divini illius Magistri*, 31 Dec. 1929), quam eis repugnant quae facit et quaerit hic socialismus mores cultumque pervadens, tam perspicuum est et evidens, ut declaratione non indigeat. Gravissima vero quae secum fert pericula videntur ii aut ignorare aut minus ponderare, qui nihil pensi habent eis pro rerum gravitate fortiter naviterque resistere. Hos de imminente gravissimo damno commonefacere Nostri pastoralis officii est : meminerint omnes, huius socialismi mores cultumque pervadentis parentem quidem liberalismum fuisse, heredem vero « bolscevismum » futurum.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, intelligere potestis quanto cum dolore cernamus, in quibusdam praesertim regionibus, filios Nostros non paucos, quos veram fidem rectamque voluntatem deposuisse persuadere Nobis non possumus, ab Ecclesiae castris transfugisse et ad socialismi acies convolasse : quorum alii ut aperte socialistarum nomine glorientur et dogmata ipsa socialistica profiteantur, alii vel socordes vel etiam quasi inviti ut consociationibus adhaereant, quae professione aut factis sunt socialisticae.

---

Ayant, dans Notre Encyclique *Divini illius Magistri*, longuement enseigné sur quels principes repose et quel but poursuit l'éducation chrétienne, Nous pouvons ici Nous dispenser de montrer, ce qui est clair et évident, combien l'action et les vues du « socialisme éducateur » vont à l'encontre de ces principes et de ce but. Mais ceux-là semblent ou ignorer ou sous-estimer les terribles dangers que ce socialisme porte avec lui, qui ne se préoccupent en rien de leur opposer avec courage et zèle infatigable une résistance proportionnée à leur gravité. C'est Notre devoir pastoral de les avertir du péril redoutable qui les menace : qu'ils se souviennent tous que ce socialisme éducateur a pour père le libéralisme, et pour héritier le bolchevisme.

Cela étant, Vénérables Frères, vous pouvez penser avec quelle douleur Nous voyons, dans certaines régions surtout, de Nos fils en grand nombre qui, gardant encore, Nous ne pouvons pas ne pas le croire, leur vraie foi et leur volonté droite, ont abandonné cependant le camp de l'Eglise pour passer dans les rangs du socialisme : les uns se réclamant ouvertement de son nom et professant ses doctrines, les autres entrant, par entraînement ou même comme malgré eux, dans des associations qui, ou explicitement ou en fait, sont socialistes.

Nos autem, paterna sollicitudine anxii, animo revolvimus et perscrutari conamur, qui fieri potuerit ut eo usque aberraverint, et audire Nobis videmur, quae multi ex eis respondent et causantur : ab Ecclesia et eis qui Ecclesiae addictos se proclamant, locupletibus favori, operarios negligi, curam horum haberi nullam; eam ob causam se, ut sibi consulere, in acies socialismi instrui et inseri debuisset.

Deflendum sane est, Venerabiles Fratres, fuisse, immo etiam nunc esse, qui cum catholicos se profiteantur, sublimis illius iustitiae et caritatis legis, qua non solum, quod suum est cuique reddere, sed fratribus egentibus ut ipsi Christo Domino succurrere tenemur (Cf. *Epist. S. Jacobi*, c. 2), fere immemores sunt, quodque gravius, ob lucri cupiditatem operarios vexare non verentur. Immo vero, non desunt qui religione ipsa abutantur, eiusque nomine iniustas exactiones velare conentur, ut a iustis plane operariorum expostulationibus se tutentur. Quorum agendi rationem graviter arguere nunquam desistemus. Ipsi enim in causa sunt, cur Ecclesia, etsi immerito, videri potuerit et insimularetur partes agere locupletium, eorum autem, qui quasi naturali sua hereditate privati erant, necessitatibus et

---

Pour Nous, dans les anxiétés de Notre sollicitude paternelle, Nous Nous demandons et cherchons à comprendre comment il a pu se faire qu'ils en arrivent à une telle aberration, et il Nous semble entendre ce que beaucoup d'entre eux répondent pour s'excuser : l'Eglise et ceux qui font profession de lui être attachés sont pour les riches et ne s'occupent pas des ouvriers, ne font rien pour eux; force leur était, s'ils voulaient pourvoir à leurs intérêts, d'entrer dans les rangs du socialisme.

C'est une chose bien lamentable, Vénérables Frères, qu'il y ait eu, qu'il y ait même, hélas! encore des hommes qui, tout en se disant catholiques, se souviennent à peine de cette sublime loi de justice et de charité en vertu de laquelle il ne nous est pas seulement enjoint de rendre à chacun ce qui lui revient, mais encore de porter secours à nos frères indigents comme au Christ lui-même; qui, chose plus grave, ne craignent pas d'opprimer les travailleurs par esprit de lucre. Bien plus, il en est qui abusent de la religion elle-même, cherchant à couvrir de son nom leurs injustes exactions, pour écarter les réclamations pleinement justifiées de leurs ouvriers. Nous ne cesserons jamais de stigmatiser une pareille conduite; ce sont ces hommes qui sont cause que l'Eglise, sans l'avoir en rien mérité, a pu avoir l'air et s'est vu accuser de prendre le parti des riches et de n'avoir aucun

angustiis minime commoveri. Immerito et iniuria haec videri et dici, totius Ecclesiae historia clare demonstrat; ipsaeque Encyclicae Litterae, quarum anniversarium festum celebramus, luculentissimum testimonium sunt in Ecclesiam eiusque doctrinam nonnisi iniustissime has calumnias et contumelias coniici.

Verumtamen tantum abest ut, iniuria lacessiti aut paterno dolore deiecti, filios misere deceptos et tam longe a vero et salute digressos repellamus aut reiciamus, ut effici non possit, quin omni qua possumus sollicitudine, ad maternum Ecclesiae sinum, ut revertantur, invitemus. Utinam voci Nostrae pronas praebeant aures! Utinam unde exiere, eo redeant, domum nimirum paternam, ibique consistant, ubi proprius eorum locus est, in eorum videlicet ordinibus, qui monita a Leone promulgata et a Nobis sollemniter innovata studiose secuti, societatem ad mentem Ecclesiae, sociali iustitia socialique caritate firmatis, instaurare nituntur. Sibique persuadeant nullibi se posse etiam in terris pleniorum invenire beatitudinem, nisi apud Eum, qui propter nos egenus est factus, cum esset dives, ut Illius inopia nos divites essemus (*II Cor. VIII, 9*), qui pauper fuit et in labo-

---

sentiment de pitié pour les besoins et les peines de ceux qui se trouvent déshérités de leur part de bien-être en cette vie.

Apparence fautive et accusation calomnieuse, toute l'histoire de l'Eglise en fournit la preuve! L'Encyclique même dont nous célébrons l'anniversaire est le témoignage le plus éclatant de la souveraine injustice avec laquelle ces calomnies et ces injures sont prodiguées à l'Eglise et à sa doctrine.

Mais tant s'en faut que, Nous laissant arrêter par l'injure qui Nous est faite ou abattre par Notre douleur de père, Nous repoussions et rejetions ces malheureux enfants qui ont été trompés et entraînés si loin de la vérité et du salut : au contraire, avec toute l'ardeur, toute la sollicitude dont Nous sommes capable, Nous les invitons à rentrer dans le sein de l'Eglise. Puissent-ils écouter Notre voix! Puissent-ils revenir là d'où ils sont partis, dans la maison paternelle, et rester fermes là où est leur vraie place, dans les rangs de ceux qui, fidèles aux avertissements de Léon XIII, solennellement renouvelés par Nous, s'efforceront de restaurer la société selon l'esprit de l'Eglise, fortement unis par la justice sociale et la charité sociale. Qu'ils en soient bien persuadés, même sur cette terre, ils ne pourront trouver nulle part un bonheur plus complet qu'auprès de Celui qui, riche, s'est fait pauvre pour nous enrichir par sa pauvreté, qui a été indigent et voué

ribus a iuventute sua, qui omnes laborantes et oneratos ad Se invitat ut eos in caritate Cordis Sui plene reficiat (*Matth.* xi, 28), qui denique sine ulla personarum acceptione, plus exiget ab iis quibus plus datum est (Cf. *Luc.* xii, 48), et *reddet unicuique secundum opera eius* (*Matth.* xvi, 27).

Verum, si rem diligentius penitiusque inspiciamus, liquido deprehendemus, hanc optatissimam instaurationem sociale spiritus christiani renovatio, a quo misere passim defecerunt tot homines rei oeconomicae addicti, praecedat oportere, ne tot conatus incassum cadant, aedificiumque struatur non super petram sed super mobilem arenam. (Cf. *Matth.* vii, 24 sq.)

Et sane, hodiernam oeconomiam conspeximus, Venerabiles Fratres dilectique Filii, eamque gravissimis vitiis laborantem agnovimus. Communismum quoque et socialismum rursus in iudicium vocavimus, eorumque omnes vel mitigatas species ab Evangelii praeceptis longe aberrare deprehendimus.

« Quare — ut Decessoris Nostri verbis utamur, — si societati generis humani medendum est, revocatio vitae institutorumque christianorum sola medebitur. » (*Litt. Encycl. Rerum novarum*, n. 22.) Nam haec una nimiae de caducis rebus sollicitudini,

au travail dès sa jeunesse, qui appelle à lui tous ceux qui sont accablés par le travail et la peine, afin de les reconforter pleinement dans la charité de son Cœur; qui enfin, sans aucune acception de personne, demandera plus à qui aura reçu davantage et rendra à chacun selon ses œuvres.

Mais, à considérer les choses plus à fond, il apparaît avec évidence que cette restauration sociale tant désirée doit être précédée par une complète rénovation de cet esprit chrétien qu'ont malheureusement trop souvent perdu ceux qui s'occupent des questions économiques; sinon, tous les efforts seraient vains, on construirait non sur le roc, mais sur un sable mouvant.

Et certes, le regard que Nous venons de jeter sur le régime économique moderne, Vénérables Frères et très chers Fils, a montré qu'il souffrait de maux très profonds. Nous avons fait ensuite l'examen du communisme et du socialisme, et toutes leurs formes, même les plus mitigées, se sont révélées très éloignées de l'Évangile.

« C'est pourquoi — pour employer les paroles mêmes de Notre Prédécesseur, — si la société humaine doit être guérie, elle ne le sera que par le retour à la vie et aux institutions du christianisme. » Lui seul peut apporter un remède efficace à cette excessive préoccupation des choses périssables, origine de tous les vices. Lui seul,

quae omnium est vitiorum origo, efficax remedium afferre, haec una fascinos hominum oculos, in fluxis huius mundi rebus plane defixos, inde avellere et ad caelum attollere potest. Quo quidem remedio nunc humanam consortionem maxime indigere quis neget?

Etenim omnium animi temporalibus perturbationibus, claudibus, ruinis fere unice afficiuntur. Sed quid, si christianis oculis, prout decet, res perpendimus, haec omnia sunt, si cum animarum ruina conferantur? Nihilominus haud temere dici potest eas nunc esse socialis atque oeconomicae vitae rationes, ut ingenti hominum numero maxima impedimenta creent quominus unum illud necessarium, aeternam nempe salutem, curent.

Innumerabilium equidem harum ovium Pastor et Tutor a Pastorum Principe, qui eas Sanguine Suo redemit, constituti, hoc maximum earum periculum siccis oculis contemplari non possumus; quin potius, pastoralis officii memores, paterna sollicitudine et quomodo eis opitulari possimus continenter meditatur, aliorum quoque, quorum ex iustitia aut caritate interest, indefesso studio advocato. Quid enim proderit hominibus sapientore divitiarum usu vel ad universum mundum lucrandum

---

lorsque les hommes sont fascinés et complètement absorbés par les biens de ce monde qui passe, peut en détourner leurs regards et les élever vers le ciel. De ce remède, qui niera que la société ait aujourd'hui le plus grand besoin?

La plupart des hommes, en effet, sont presque exclusivement frappés par les bouleversements temporels, les désastres et les calamités terrestres. Mais à regarder ces choses comme il convient, du point de vue chrétien, qu'est-ce que tout cela comparé à la ruine des âmes? Car il est exact de dire que telles sont, actuellement, les conditions de la vie économique et sociale qu'un nombre très considérable d'hommes y trouvent les plus grandes difficultés pour opérer l'œuvre, seule nécessaire, de leur salut éternel.

Constitué pasteur et gardien de ces innombrables brebis par le premier Pasteur qui les a rachetées de son sang, Nous ne pouvons, sans une poignante émotion, arrêter Nos regards sur leur immense détresse. C'est pourquoi, Nous souvenant de Notre charge pastorale, Nous ne cessons, avec une paternelle sollicitude, de chercher les moyens de leur venir en aide, recourant aussi aux efforts infatigables de ceux qu'y invite un devoir de justice et de charité. A quoi servira d'ailleurs aux hommes de gagner tout l'univers par une plus ration-

aptiores fieri, si inde animae suae detrimentum patiantur? (Cf. *Matth.* xvi, 26). Quid, eos tuta de re oeconomica principia docere, si effrena cupiditate et sordida, suarum rerum studio ita abripi se sinant, ut, *audientes mandata Domini, omnia faciant contraria*? (Cf. *Iudic.*, II, 17.)

Huius vero a christiana lege in re sociali et oeconomica defectionis, et inde profluentis plurimorum opificum a fide catholica apostasiae radix et fons sunt inordinatae animi affectiones, triste consectorium primaevae labis, quae miram humanarum facultatum concordiam ita disiunxit, ut homo pravis cupiditatibus facile abstractus ad caduca huius mundi bona caelestibus et firmis anteponenda vehementer incitetur. Hinc inexplebilis illa divitiarum et temporalium bonorum sitis, quae homines ad Dei leges infringendas et proximorum iura conculcanda omnibus quidem temporibus impulit, sed per hodiernam rei oeconomicae rationem humanae fragilitati longe plures parat laqueos. Etenim cum incertus status rei oeconomicae ac praesertim eiusdem complexionis, summam assiduamque postulet eorum qui illi se dedunt virium contentionem, nonnulli conscientiae stimulis ita obduruerunt, ut in eam devenerint sen-

---

nelle exploitation de ses ressources, s'ils viennent à perdre leurs âmes? A quoi servira de leur inculquer les sûrs principes qui doivent gouverner leur activité économique s'ils se laissent dévoyer par une cupidité sans frein et un égoïsme sordide, si, *connaissant la loi de Dieu, ils agissent tout à l'opposé de ses préceptes.*

La déchristianisation de la vie sociale et économique et sa conséquence, l'apostasie des masses laborieuses, résultent des affections désordonnées de l'âme, triste suite du péché originel qui, ayant détruit l'harmonieux équilibre des facultés, dispose les hommes à l'entraînement facile des passions mauvaises et les incite violemment à mettre les biens périssables de ce monde au-dessus des biens durables de l'ordre surnaturel. De là, cette soif insatiable des richesses et des biens temporels qui, de tout temps sans doute, a poussé l'homme à violer la loi de Dieu et à fouler aux pieds les droits du prochain, mais qui, dans le régime économique moderne, expose la fragilité humaine à tomber beaucoup plus fréquemment. L'instabilité de la situation économique et celle de l'organisme tout entier exigent de tous ceux qui y sont engagés la plus absorbante activité. Il en est résulté chez certains un tel endurcissement de la conscience que tous les moyens leur sont bons, qui permettent d'accroître leurs profits et de défendre contre les brusques retours de la fortune les biens si

tentiam sibi licitum esse et lucra sua quoquo modo augere, et opes magno conatu studioque partas per fas et nefas contra repentinos fortunae casus lueri. Facilia emolumenta, quae cuilibet in mercatu omni lege soluto obveniunt, permultos ad merces permutandas distrahendisque alliciunt, qui, id unum inhiantes, ut minimo interiecto labore expedita sibi lucra comparent, effrena negotiatione, mercium pretia pro arbitrio et aviditate tam crebro augent vel minuunt, ut prudentes fabricatorum provisiones pessum dent. Quae lege sunt statuta ad foederatos quaestus provehendos, dum rerum agendarum periculum dividunt ac finiunt, foedissimae licentiae ansam praebuerunt. Cernimus enim ab hac extenuata rationum reddendarum obligatione animos modice tangi; insuper in tutamine communis cuiusdam nominis delitescendo, pessimas perpetrari iniurias et circumscriptiones; tandem oeconomicarum consociationum curatores, muneris sui oblitos, eorum prodere iura, quorum compendia administranda susceperant. Neque postremo omitendi sunt callidi illi viri, qui de honesta artificii sui utilitate minime solliciti, hominum cupiditatibus stimulos subiicere haud verentur, eisque excitatis ad proprium lucrum utuntur.

Gravissima haec incommoda propulsare, vel etiam antevertere, potuisset severa ac tuta morum disciplina a rei publicae

---

péniblement acquis; les gains si faciles qu'offre à tous l'anarchie des marchés attirent aux fonctions de l'échange trop de gens dont le seul désir est de réaliser des bénéfices rapides par un travail insignifiant, et dont la spéculation effrénée fait monter et baisser incessamment tous les prix au gré de leur caprice et de leur avidité, déjouant par là les sages prévisions de la production. Les institutions juridiques destinées à favoriser la collaboration des capitaux, en divisant et en limitant les risques, sont trop souvent devenues l'occasion des plus répréhensibles excès; nous voyons, en effet, les responsabilités atténuées au point de ne plus toucher que médiocrement les âmes; sous le couvert d'une désignation collective se commettent les injustices et les fraudes les plus condamnables; les hommes qui gouvernent ces groupements économiques trahissent, au mépris de leurs engagements, les droits de ceux qui leur ont confié l'administration de leur épargne. Il faut signaler enfin ces hommes trop habiles qui, sans s'inquiéter du résultat honnête et utile de leur activité, ne craignent pas d'exciter les mauvais instincts de la clientèle pour les exploiter au gré de leurs intérêts.

Une sûre discipline morale, fortement maintenue par l'autorité

moderatoribus strenue exacta : haec tamen nimis saepe misere defecit. Nam, cum novae oeconomiae rationis germina tunc primum erumperent, quando rationalismi placita in plurium mentibus insederant radicesque egerant, brevi oeconomica quaedam doctrina a vera lege morali remota est orta, quo factum est ut humanis cupiditatibus habenae prorsus laxarentur.

Itaque evenit, ut multo quam antea plures nihil nisi de divitiis quacumque ratione augendis solliciti essent; seque super omnia et praë omnibus quaerentes, nihil, ne maxima quidem in alios delicta, sibi religioni verterent. Qui primi vero hanc spatiosam viam, quae ducit ad perditionem (Cf. *Matth.* vii, 13), sunt ingressi, ii facile sive apparentis sui successus exemplo, sive insolenti suarum divitiarum pompa, sive aliorum conscientiam quasi inanis anxietatibus exagitatam deridendo, sive demum timoratiores competitors conculcando, plurimos iniquitatis suae imitatores nacti sunt.

Pronum vero fuit, ut rei oeconomicae moderatoribus a recto tramite deviis euntibus, operariorum quoque vulgus in idem barathrum passim rueret praecipitium; idque eo magis quod plurimi ex praefectis artificum suis operariis ut meris instrumentis usi sunt, nihil prorsus de eorum anima solliciti, immo de supernis

---

sociale, pouvait corriger ou même prévenir ces défaillances. Malheureusement, elle a manqué trop souvent. Le nouveau régime économique faisant ses débuts au moment où le rationalisme se propageait et s'implanta, il en résulta une science économique séparée de la loi morale, et, par suite, libre cours fut laissé aux passions humaines.

Dès lors, un beaucoup plus grand nombre d'hommes, uniquement préoccupés d'accroître par tous les moyens leur fortune, ont mis leurs intérêts au-dessus de tout et ne se sont fait aucun scrupule, même des plus grands crimes contre le prochain. Ceux, qui se sont les premiers engagés dans cette voie large qui mène à la perdition, ont aisément trouvé beaucoup d'imitateurs de leur iniquité, soit grâce à l'exemple de leur éclatant succès et à l'étalage insolent de leur vie fastueuse, soit en ridiculisant les répugnances des consciences plus délicates, soit encore en écrasant leurs concurrents plus scrupuleux.

La démoralisation des cercles dirigeants de la vie économique devait, par une pente fatale, atteindre le monde ouvrier et l'entraîner dans la même ruine, d'autant plus qu'un très grand nombre de maîtres, sans souci des âmes et même totalement indifférents aux intérêts supérieurs de leurs employés, ne voyaient en eux que des instruments. On est effrayé quand on songe aux graves dangers que



rebus ne cogitantes quidem. Et sane, horrescit animus, si gravissima perpendantur pericula, quibus in modernis officinis obiciuntur operariorum (iuniorum praesertim) mores et puellarum aliarumque mulierum pudicitia; si mente recolamus quam saepe hodiernum rei oeconomicae genus et praesertim absona habitandi ratio familiari vinculo familiarique vitae consuetudini obstacula creet; si memoria repetamus quot quantaque festis diebus rite sanctificandis inferuntur impedimenta; si universalem consideremus extenuationem sensus illius vere christiani, quo vel rudes et indocti homines tam alta sapere consueverant, eius loco suffecta de quotidiano victu utcumque comparando unica sollicitudine. Atque ita labor corporalis, quem divina Providentia etiam post originale peccatum in humani corporis simul et animi bonum statuerat exercendum, in perversionis instrumentum passim convertitur: iners scilicet materia ex officina nobilitata egreditur, homines vero ibidem corrumpuntur et viliores fiunt.

Huic tam lugendae animarum cladi, qua perdurante omne societatis regenerandae studium irritum erit, nullum validum remedium afferri potest nisi ad evangelicam doctrinam aperte et sincere redeant homines, ad illius nimirum praecepta, qui unus verba vitae aeternae habet (Cf. *Ioann.* vi, 70), talia videlicet

---

courent, dans les ateliers modernes, la moralité des travailleurs, celle des plus jeunes surtout, la pudeur des femmes et des jeunes filles; quand on pense aux obstacles que souvent le régime actuel du travail, et surtout les conditions déplorables de l'habitation, apportent à la cohésion et à l'intimité de la vie familiale; quand on se rappelle les difficultés si grandes et si nombreuses qui s'opposent à la sanctification des jours de fête; quand on considère l'universel affaiblissement de ce vrai sens chrétien qui portait jadis si haut l'idéal même des simples et des ignorants, et qui a fait place à l'unique préoccupation du pain quotidien. Contrairement aux plans de la Providence, le travail destiné, même après le péché originel, au perfectionnement matériel et moral de l'homme, tend, dans ces conditions, à devenir un instrument de dépravation: la matière inerte sort ennoblie de l'atelier, tandis que les hommes s'y corrompent, et s'y dégradent.

A cette crise si douloureuse des âmes qui, tant qu'elle subsistera, frappera de stérilité tout effort de régénération sociale, il n'est de remède efficace que dans un franc et sincère retour à la doctrine de l'Évangile, aux préceptes de Celui qui a les paroles de la vie éternelle, ces paroles qui demeurent quand bien même le ciel et la terre viendraient à périr. Les experts en sciences sociales appellent à grands

verba, quae caelis et terra transeuntibus, nunquam praeteribunt (Cf. *Matth.* xxiv, 35). Siquidem, quotquot sunt in re sociali vere periti, enixe expetunt compositionem ad normas rationis exactam, quae vitam oeconomicam ad sanum rectumque ordinem reducat. Sed hic ordo, quem Nos ipsi vehementer exoptamus impensoque fovemus studio, mancus omnino et imperfectus erit, nisi omnes humanae efficientiae ad miram divini consilii unitatem imitandam et, quantum humanis viribus datum est, assequendam amice conspirent : perfectum dicimus illum ordinem, quem magna vi et contentione proclamat Ecclesia, quem recta ipsa exoptulat humana ratio : ut nimirum ad Deum tamquam ad primum ac supremum totius creatae efficientiae terminum omnia dirigantur, et sub Deo creata quaelibet bona ut mera instrumenta habeantur, quibus tantum utendum sit quantum ad supremum finem attingendum ducant. Neque putandum est per hoc minoris fieri aut minus dignitati humanae consonas aestimari quaestuosas artes; quin immo in iis apertam divini Conditoris voluntatem venerabundi agnoscere docemur, qui posuit hominem in terra ut operaretur illam, eaque ad suas necessitates multifariam uteretur. Fortunam autem suam rite et iuste amplificare non prohibentur quicumque ad bona progri-

---

cris une rationalisation qui rétablira l'ordre dans la vie économique. Mais cet ordre, que Nous réclamons avec insistance et dont Nous aidons de tout Notre pouvoir l'avènement, restera nécessairement incomplet, aussi longtemps que toutes les formes de l'activité humaine ne conspireront pas harmonieusement à imiter et à réaliser, dans la mesure du possible, l'admirable unité du plan divin. Nous entendons parler ici de cet ordre parfait que ne se lasse pas de prêcher l'Eglise, et que réclame la droite raison elle-même, de cet ordre qui place en Dieu le terme premier et suprême de toute activité créée, et n'apprécie les biens de ce monde que comme de simples moyens dont il faut user dans la mesure où ils conduisent à cette fin. Loin de déprécier, comme moins conforme à la dignité humaine, l'exercice des professions lucratives, cette philosophie nous apprend au contraire à y voir la volonté sainte du Créateur qui a placé l'homme sur la terre pour qu'il la travaille et la fasse servir à toutes ses nécessités. Il n'est donc pas interdit à ceux qui produisent d'accroître honnêtement leurs biens; il est équitable, au contraire, que quiconque rend service à la société et l'enrichit profite, lui aussi, selon sa condition, de l'accroissement des biens communs, pourvu que, dans l'acquisition de la fortune, il respecte la loi de Dieu et les droits

gnenda dant operam, immo aequum est, ut qui communitati deservit eamque reddit ditiozem, ex auctis communitatis bonis ipse quoque pro sua condicione ditior fiat, dummodo haec omnia cum debito erga Dei leges obsequio et illaesis aliorum iuribus quaerantur et secundum fidei et rectae rationis ordinem adhibeantur. Quae si ab omnibus, si ubique, si semper servantur, non modo rerum confectio et acquisitio, sed divitiarum quoque usus, qui nunc saepe tam inordinatus cernitur, brevi intra aequitatis et iustae distributionis limites revocabitur : atque sordido propriarum dumtaxat rerum studio, quod nostrae aetatis est dedecus et grande peccatum, re et factis opponetur suavissima at simul validissima christianae moderationis lex, qua homo iubetur quaerere primum regnum Dei et iustitiam eius, certo sciens bona quoque temporalia ex divina liberalitate certaue promissione sibi quantum opus fuerit adiectum iri. (Cf. *Matth.* VI, 33.)

Verum, in his omnibus praestandis, potiores partes semper lex caritatis teneat oportet, *quod est vinculum perfectionis* (*Coloss.* III, 14). Quam ergo falluntur incauti illi reformatores, qui solam iustitiam eamque commutativam servandam curantes, caritatis auxilium superbe reiiciunt ! Profecto iustitiae ex officio debitae et inique denegatae caritas vicaria succedere nequit. At, etsi omnia sibi debita quisque hominum supponatur tandem

---

du prochain, et que, dans l'usage qu'il en fait, il obéisse aux règles de la foi et de la raison. Si tout le monde, partout et toujours, se conformait à ces règles de conduite, non seulement la production et l'acquisition des biens de ce monde, mais encore leur consommation, aujourd'hui souvent si désordonnée, seraient bientôt ramenées dans les limites de l'équité et d'une juste répartition ; à l'égoïsme sans frein, qui est la honte et le grand péché de notre siècle, la réalité des faits opposerait cette règle à la fois très douce et très forte de la modération chrétienne, qui ordonne à l'homme de chercher avant tout le règne de Dieu et de sa justice, dans la certitude que les biens temporels eux-mêmes lui seront donnés par surcroît en vertu d'une promesse formelle de la libéralité divine.

Mais pour assurer pleinement ces réformes, il faut compter avant tout sur la loi de charité qui est le lien de la perfection. Combien se trompent les réformateurs imprudents qui, satisfaits de faire observer la justice commutative, repoussent avec hauteur le concours de la charité ! Certes, l'exercice de la charité ne peut être considéré comme tenant lieu des devoirs de justice qu'on se refuserait à accomplir.

adepturus, amplissimus caritati semper patebit campus : sola enim iustitia, vel fidelissime exhibita, socialium certaminum causas quidem remove, nunquam tamen corda unire animosque copulare poterit. Iam vero quaecumque ad pacem firmandam inuicemque inter homines auxilium promovendum sunt instituta, quantumvis perfecta videantur, in mutuo animorum vinculo, quo sodales invicem uniantur, potissimum habent suae firmitatis fundamentum, quo deficiente, ut saepius experiendo didicimus, optima quaeque praescripta irrita evadunt. Itaque tunc solum vera omnium in unum commune bonum conspiratio haberi poterit, cum societatis partes intime sentiant se unius esse magnae familiae membra eiusdemque caelestis Patris filios, immo se unum corpus in Christo, *singuli autem alter alterius membra* (Rom. XII, 5), ita ut si *quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra* (I Cor. XII, 26). Tunc enim divites alique proceres, pristinam suam erga pauperiores fratres incuriam in sollicitam et operosam dilectionem mutabunt, eorum iusta postulata aperto corde excipient, eorumque forte culpae et erroribus libenter parcent. Operarii vero, quovis odii invidiaeque sensu, quo socialis certa-

---

Mais, quand bien même chacun ici-bas aurait obtenu tout ce à quoi il a droit, un champ bien large resterait encore ouvert à la charité. La justice seule, même scrupuleusement pratiquée, peut bien faire disparaître les causes des conflits sociaux; elle n'opère pas, par sa propre vertu, le rapprochement des volontés et l'union des cœurs. Or, toutes les institutions destinées à favoriser la paix et l'entr'aide parmi les hommes, si bien conçues qu'elles paraissent, reçoivent leur solidité surtout du lien spirituel qui unit les membres entre eux. Quand ce lien fait défaut, une fréquente expérience montre que les meilleures formules restent sans résultat. Une vraie collaboration de tous en vue du bien commun ne s'établira donc que lorsque tous auront l'intime conviction d'être les membres d'une grande famille et les enfants d'un même Père céleste, de ne former même dans le Christ qu'un seul corps dont ils sont réciproquement les membres, en sorte que si l'un souffre, tous souffrent avec lui. Alors, les riches et les dirigeants, trop longtemps indifférents au sort de leurs frères moins fortunés, leur donneront des preuves d'une charité effective, accueilleront avec une bienveillance sympathique leurs justes revendications, excuseront et pardonneront à l'occasion leurs erreurs et leurs fautes. De leur côté, les travailleurs déposeront sincèrement les sentiments de haine et d'envie que les auteurs de la lutte des classes

minis fautores tam callide abutuntur, sincere restincto, locum sibi a divina Providentia in humana societate assignatum non solum non fastidient, sed magni facient, utpote bene sibi consci, ad commune bonum pro suo quemque munere et officio vere utiliter et honorifice adlaborare eiusque vestigia pressius sequi, qui cum in forma Dei esset, faber inter homines esse et fabri filius haberi voluit.

Ex hac igitur nova in mundum diffusionem Evangelici spiritus, qui christianae moderationis et universalis caritatis spiritus est, optatissimam illam ac plenam humanae societatis instaurationem in Christo illamque « Pacem Christi in Regno Christi » futuram confidimus, in quam ab ipso Pontificatus Nostri exordio, omnes curas Nostras omnemque pastorem sollicitudinem intendere decrevimus firmiterque apud Nos statuimus (Cf. Litt. Encycl. *Ubi arcano*, 23 Dec. 1922); Vosque, Venerabiles Fratres, qui Ecclesiam Dei, Spiritu Sancto mandante, Nobiscum regitis (Cf. *Act.* xx, 28), ad eundem hunc praecipuum et in praesens maxime necessarium finem, in omnibus orbis partibus, etiam in regionibus sacrarum ad infideles Missionum, laudabili admodum zelo impense adlaboratis. Vobis sint merita lauda-

---

exploitent avec tant d'habileté, ils accepteront sans rancœur la place que la divine Providence leur a assignée; ou plutôt ils en feront grand cas, comprenant que tous, en accomplissant leur tâche, ils collaborent utilement et honorablement au bien commun et qu'ils suivent de plus près les traces de Celui qui, étant Dieu, a voulu, parmi les hommes, être un ouvrier et être regardé comme un fils d'ouvrier.

C'est donc de ce nouveau rayonnement de l'esprit évangélique sur le monde, esprit de modération chrétienne et d'universelle charité, que sortiront, Nous en avons la ferme confiance, cette restauration pleinement chrétienne de la société, objet de tant de désirs, et « la Paix du Christ dans le Règne du Christ », restauration et paix auxquelles, dès le début de Notre Pontificat, Nous avons fermement résolu de consacrer tous Nos soins et Notre pastorale sollicitude. Et vous, Vénérables Frères, qui gouvernez avec Nous, par la volonté de l'Esprit-Saint, l'Eglise de Dieu, vous collaborez à cette œuvre primordiale, en ce moment la plus nécessaire, avec une ardeur et un zèle dignes de toutes louanges. Recevez donc des éloges bien mérités, ainsi que tous ces vaillants auxiliaires, prêtres et laïques, que Nous voyons avec joie prendre chaque jour leur part de cette grande tâche, Nos chers Fils dévoués à l'Action catholique, qui généreusement se con-

tionum praeconia, simulque iis omnibus sive clericis sive laicis, quos eiusdem magni operis cotidianos participes atque validos adiutores laeti conspiciamus, dilectos Filios Nostros Actioni Catholicae addictos, qui peculiari studio de re sociali curam, quatenus haec Ecclesiae ex ipsa sua divina institutione competit et incumbit, Nobiscum suscipiunt. Hos omnes etiam atque etiam in Domino hortamur, ut nullis parcant laboribus, nullis vincantur difficultatibus, sed magis magisque in dies confortentur et sint robusti. (Cf. *Deuter.* xxxi, 7.) Arduum sane ipsis aggrediendum proponimus opus : probe enim novimus utrinque, sive inter superiores, sive inter inferiores societatis classes, obstacula et impedimenta, quae vinci debeant, exstare plurima. Ne tamen animos despondeant : asperis certaminibus se obicere christianorum est; graves autem exantllare labores, eorum qui ut boni Christi milites (Cf. *II Tim.* ii, 3) eum propius sequuntur.

Omnipotenti ergo auxilio unice confisi Illius, qui *omnes homines vult salvos fieri* (*I Tim.* ii, 4), miseras illas animas a Deo aversas totis viribus iuvare contendamus easque a temporalibus curis abstrahentes, quibus nimis implicantur, ad aeterna fidenter aspirare doceamus. Id autem quandoque facilius obtinebitur, quam prima fronte sperandum forte videbatur. Etenim, si etiam in latebris vel perditissimi hominis latent, ceu igniculi

---

sacrent avec Nous à la solution des problèmes sociaux, dans la mesure où l'Eglise, de par son institution divine, a le droit et le devoir de s'en occuper. Nous les exhortons tous instamment dans le Seigneur à ne pas épargner leur peine, à ne se laisser vaincre par aucune difficulté, mais à montrer chaque jour un nouveau courage et de nouvelles forces. Certes, c'est une œuvre ardue que Nous leur proposons. Nous le savons : dans toutes les classes de la société, et en haut et en bas, il y a bien des obstacles à vaincre. Cependant, qu'ils ne perdent pas confiance. S'exposer à d'âpres combats, c'est le propre des chrétiens; accomplir des tâches difficiles, c'est le fait de ceux qui, en bons soldats du Christ, le suivent de plus près.

Aussi, comptant uniquement sur le tout-puissant concours de Celui qui a voulu ouvrir à tous les hommes les voies du salut, efforçons-nous d'aider autant que nous pouvons les pauvres âmes éloignées de Dieu, de les dégager des soins temporels qui les absorbent à l'excès, et enseignons-leur à tendre avec confiance vers les biens éternels. On peut espérer obtenir ce résultat plus aisément qu'il ne semblerait de prime abord. Car, si les hommes les plus déchus gardent au fond d'eux-mêmes, comme un feu couvant sous la cendre, d'admirables

sub cinere, mirae spirituales vires, testimonia haud dubia illius animae naturaliter christianae, quanto magis in cordibus eorum quam plurimorum, qui potius per ignorantiam vel externa rerum adiuncta in errorem inducti sunt!

Ceterum, laeta quaedam socialis restorationis signa ipsa opificum agmina iam portendunt, in quibus magno animi Nostri gaudio confertos cernimus etiam globos iuniorum operariorum, qui et secundis auribus divinae gratiae consilia excipiunt et miro zelo socios suos Christo lucrifacere student. Nec minori laude prosequendi sunt opificum coetuum duces qui, propriis commodis posthabitis et unice de sodalium suorum bono solliciti, aequas eorum expostulationes cum totius artificii prosperitate prudenter componere et promovere satagunt, neque ab eximio hoc munere se deterrere sinunt ullis sive impediementis sive suspicionibus. Quin et complures iuvenes, mox inter societatis proceres sive ob ingenium sive ob divitias clarum locum habituros, intensiore studio sociales res excolentes est cernere, qui sociali instaurationi totos se reapse dedituros laetam spem faciunt.

Itaque praesentes rerum rationes qua via, Venerabiles Fratres, incedendum sit clare demonstrant. Nobis enim nunc, ut alias

---

ressources spirituelles, qui sont le témoignage non équivoque d'âmes naturellement chrétiennes, combien plus n'en doit-il pas rester dans les cœurs de ceux, si nombreux, qui ont erré plutôt par ignorance ou par l'effet des circonstances extérieures!

D'ailleurs, des signes pleins de promesses d'une rénovation sociale apparaissent dans les organisations ouvrières, parmi lesquelles Nous apercevons, à la grande joie de Notre âme, des phalanges serrées de jeunes travailleurs chrétiens qui se lèvent à l'appel de la grâce divine et nourrissent la noble ambition de reconquérir au Christ l'âme de leurs frères. Nous voyons avec un égal plaisir les dirigeants des organisations ouvrières qui, oublieux de leurs intérêts et soucieux d'abord du bien de leurs compagnons, s'efforcent d'accorder leurs justes revendications avec la prospérité de la profession, et ne se laissent détourner de ce généreux dessein par aucun obstacle, par aucune défiance. Et parmi les jeunes gens que leur talent ou leur fortune appelle à prendre bientôt une place distinguée dans les classes supérieures de la société, on en voit un grand nombre qui étudient avec un plus vif intérêt les problèmes sociaux et donnent la joyeuse espérance qu'ils se voueront tout entiers à la rénovation sociale.

Les circonstances, Vénérables Frères, nous tracent donc clairement

non semel in Ecclesiae historia, mundus obiicitur magna ex parte in paganismum fere relapsus. Ut integrae hae hominum classes ad Christum, quem negarunt, reducantur, ex iis ipsis seligendi sunt et formandi auxiliares Ecclesiae milites, qui illos illorumque mentes et optata bene norint, qui in eorum corda suavi quadam fraterna caritate penetrare possint. Primi et proximi nimirum opificum apostoli, opifices sint oportet; apostoli vero inter artificii commerciique asseclas, ex iisdem hominibus esse debent.

Hos laicos cum opificum tum herorum apostolos studiose quaerere, prudenter eligere, apte excolere et instituere Vestrum, Venerabiles Fratres, vestrique cleri potissimum est. Difficilis sane provincia sacerdotibus imponitur, ad quam abundam acride re sociali studio rite parandi sunt quicumque in spem Ecclesiae adolescent; sed maxime necesse est ut, quos peculiari ratione ad hoc munus deputaturi estis, tales se exhibeant, qui exquisitissimo iustitiae sensu praediti, cuiuscumque iniqua expostulanti aut iniuste agenti, virili prorsus constantia obsistant; qui prudentia et discretione a quovis extremo aliena excellent; quos praesertim caritas Christi intime pervaserit, quae

---

la voie dans laquelle nous devons nous engager. Comme à d'autres époques de l'histoire de l'Eglise, nous affrontons un monde retombé en grande partie dans le paganisme. Pour ramener au Christ ces diverses classes d'hommes qui l'ont renié, il faut avant tout recruter et former dans leur sein même des auxiliaires de l'Eglise, qui comprennent leur mentalité, leurs aspirations, qui sachent parler à leurs cœurs dans un esprit de fraternelle charité. Les premiers apôtres, les apôtres immédiats des ouvriers, seront des ouvriers, les apôtres du monde industriel et commerçant seront des industriels et des commerçants.

Ces apôtres laïques du monde ouvrier ou patronal, c'est avant tout à vous, Vénérables Frères, et à votre clergé, qu'il revient de les rechercher avec soin, de les choisir avec prudence, de les former et de les instruire. Une tâche très délicate s'impose dès lors aux prêtres. Que tous ceux qui grandissent pour le service de l'Eglise s'y préparent par une sérieuse étude des principes qui régissent la chose sociale. Mais ceux que vous désignerez plus particulièrement pour ce ministère devront posséder un sens très délicat de la justice, savoir s'opposer avec une constante fermeté aux revendications exagérées et aux injustices, d'où qu'elles viennent, se distinguer par leur sage modération éloignée de toute exagération; qu'ils soient par-dessus



una valet hominum corda et voluntates iustitiae aequitatisque legibus fortiter simul et suaviter subigere. Hac via, quam felix rerum usus non semel comprobavit, omni alacritate incedendum esse non est cur ambigamus.

Hos autem dilectos Filios Nostros ad tantum opus electos enixe in Domino hortamur, ut excolendis viris sibi commissis totos se dedant, in eoque officio apprime sacerdotali et apostolico adimplendo christianae institutionis vi opportune utantur, iuvenes docendo, christiana sodalitia instituendo, studiorum coenacula condendo ad normam fidei excolendorum. In primis autem magni faciant et in bonum suorum alumnorum assidue adhibeant pretiosissimum cum privatae tum socialis instaurationis instrumentum, quod Litteris Nostris Encyclicis *Mens Nostra* (20 Dec. 1929) in Exercitiis spiritualibus positum esse edocuimus; quibus Litteris cum Exercitia pro laicis quibuscumque, tum etiam utilissimos opificum Secessus aperte commemoravimus vehementerque commendavimus : in illa enim spiritus schola non modo optimi excoluntur christiani, sed veri quoque apostoli pro quavis vitae condicione instituuntur, et igne Cordis Christi inflammantur. Ex hac schola, ut Apostoli e Coenaculo Hierosolymitano, prodibunt in fide fortissimi, invicta

---

tout intimement pénétrés de la charité du Christ, qui seule peut soumettre, avec force et suavité, les volontés et les cœurs aux lois de la justice et de l'équité. C'est dans cette voie, qui plus d'une fois déjà a conduit au succès, qu'il faut, n'en doutons pas, nous engager courageusement.

Quant à Nos chers Fils qui sont choisis pour une si grande tâche, Nous les exhortons vivement dans le Seigneur à se donner tout entiers à la formation des hommes qui leur sont confiés, mettant en œuvre, pour remplir cet office sacerdotal et apostolique au premier chef, toutes les ressources d'une formation chrétienne : éducation de la jeunesse, associations chrétiennes, cercles d'études selon les enseignements de la foi. Surtout qu'ils apprécient et qu'ils emploient pour le bien de leurs disciples ce précieux instrument de rénovation individuelle et sociale que sont, Nous l'avons dit déjà dans Notre Encyclique *Mens Nostra*, les Exercices spirituels. Ces exercices, Nous les avons déclarés très utiles pour tous les laïques, pour les ouvriers eux-mêmes, et Nous les avons, à ce titre, vivement recommandés. Dans cette école de l'esprit se forment au feu de l'amour du Cœur de Jésus non seulement d'excellents chrétiens, mais de vrais apôtres pour les états de vie. De là, ils sortiront, comme jadis les apôtres du Cénacle, forts

in insectationibus constantia firmati, zelo flagrantes, de Regno Christi quaquaversus propagando solum solliciti.

Et sane, talibus nunc maxime opus est robustis Christi militibus, qui totis viribus adlaborent ad humanam familiam incolumem servandam ab immani prorsus exitio, in quod rueret si, spretis evangelicis doctrinis, ille rerum ordo praevalere permetteretur, qui non minus leges naturæ quam divinas conculcat. Ecclesia Christi super inconcussam petram constituta nihil habet cur sibi timeat, cum pro certo sciat nunquam fore ut portae inferi contra ipsam praevaleant (Cf. *Matth.* xvi, 18) : quin immo tot saeculorum usu compertum habet se e maximis procellis fortiolem egredi solere novisque ornatam triumphis. Sed materna eius viscera nequeunt non commoveri ob innumera mala, quibus inter huiusmodi procellas tot hominum milia vexarentur, atque potissimum ob gravissima spiritualia damna inde secutura, quae tot animas Christi Sanguine redemptas ad aeternam agerent ruinam.

Nihil igitur intentatum relinqui debet ad tanta mala ab humana societate avertenda : huc labores, huc industriae omnes, huc assiduae fervidaeque ad Deum preces vergant. Etenim, divina adiuvante gratia, humanae familiae sortes in manibus nostris sunt.

---

Ajoutons qu'à l'approche de la fête annuelle de Jésus-Christ Roi, pour le règne et la paix duquel nous avons fait des vœux et des prières dès le début de Notre pontificat, il Nous semble grandement opportun, pour bien préparer cette fête, de faire dans les églises de solennels triduum, implorant du Dieu de miséricorde des pensées et

---

Quorum in auspiciis munerum vobis, Venerabiles Fratres, iisque singulis universis, qui paternae respondebunt admonitioni Nostrae, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die II mensis Octobris, in festo Sanctorum Angelorum Custodum, anno MDCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI.

---

des dons de paix, en gage desquels Nous vous envoyons amoureusement à vous, Vénérables Frères, et à tous ceux qui répondront à Notre paternel appel, la Bénédiction apostolique.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 2 octobre, fête des Saints Anges Gardiens, en l'année 1931, dixième de Notre pontificat.

PIE XI, PAPE.

# LITTERAE DECRETALES

Sancti Alberti Magni O. P. Confessoris Pontificis cultus universae praecipitur Ecclesiae, addito Doctoris titulo.

---

PIUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*In thesauris sapientiae intellectus et scientiae religiositas (Eccli. I, 26) habentur. Qua re et Salomon illuminatis verbis profundissimam exhibet rationem, qua a Deo ipse sapientiae possessionem petierit (Sap. VIII, 2), quia nempe sapientia ipsa intime animum cum Deo coniungit, bonaque universa superat iisque antecellit. Ampliore adhuc prorsus et clariore modo ex hac unione vitae perfectioris simulque sapientiae studii corda fidelium sursum eriguntur, utpote qui *instructi in caritate et**

---

## LETTRES DÉCRÉTALES

étendant à l'Église universelle le culte de saint Albert le Grand, O. P., Confesseur Pontife, le titre de Docteur lui étant conféré.

---

PIE ÉVÊQUE  
SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

*Pour perpétuelle mémoire.*

*Dans les trésors de la sagesse sont l'intelligence et la religion de la science. Par là est lumineusement exprimée la raison profonde qui fit demander à Dieu par Salomon la possession de la sagesse, car la sagesse unit intimement l'esprit à Dieu, elle a plus de valeur que n'importe quel bien, elle l'emporte sur tous. Dilatant les cœurs, les inondant de nouvelles clartés, l'union d'une vie plus parfaite et de l'étude de la sagesse entraîne bien haut l'esprit des fidèles; ils sont alors vraiment étroitement unis dans la charité, enrichis d'une pleine conviction de*



*in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi (Coloss. II, 2-3).*

Ideo, quo quis magis per sapientiam ad Deum graditur, eo altius spiritus dominium evehit in se; sapientia *doctrinx enim est disciplinae Dei, et electrix operum illius (Sap. VIII, 4)*. Divinae autem Sapientiae exemplari homo eo propius accedit quo magis et vivendi et agendi Salvatoris exemplum imitatur, enunciantis : *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. (Matth. v, 19.)*

Haec quidem Domini Nostri Iesu Christi vestigia persequens, praeclarissima gloria effulsit, Albertus ille, Ordinis Praedicatorum alumnus, in theologia magister, episcopus quondam Ratisbonensis, qui, vitae contemplativae atque activae rationes miro modo consocians, aetatis suae hominibus posterisque vere magnus apparuit, sicut quoque ob doctrinae eminentiam ac multiplicem rerum omnium peritiam Magni cognomento insignitus est.

Is quidem, saeculo decimo secundo exeunte, Lauingae in Suevia, in Augustana dioecesi, ex familia militaribus rebus addicta, ortum habuit. E patriae solo perficiendorum studiorum causa

---

*l'intelligence, et connaissent le mystère de Dieu le Père et du Christ Jésus, en qui sont cachés tous les trésors de la sagesse et de la science.*

C'est pourquoi, plus on s'élève vers Dieu par la sagesse, et plus on s'assimile cette maîtrise de l'esprit, *car c'est la sagesse qui initie à la science de Dieu et qui choisit parmi ses œuvres.*

Or, l'homme se rapproche d'autant plus du modèle de la divine sagesse qu'il suit de plus près les exemples que nous ont légués la vie et les actions du Sauveur : *Celui qui aura pratiqué et enseigné [les commandements] sera grand dans le royaume des cieux.*

C'est justement parce qu'il a marché sur les traces de Notre-Seigneur Jésus-Christ qu'Albert le Grand, fils de l'Ordre des Prêcheurs, a brillé d'une gloire si éclatante.

Maître en théologie, jadis évêque de Ratisbonne, unissant d'une façon merveilleuse les pratiques de la vie contemplative à celles d'une vie active, il apparut vraiment grand non seulement aux yeux de ses contemporains, mais encore par-devant les générations ultérieures, qui, tant pour la profondeur de sa doctrine que pour l'étendue de ses connaissances, l'ont salué du nom de Grand.

Né vers la fin du XII<sup>e</sup> siècle, à Lauingen en Souabe, dans le diocèse d'Augsbourg, Albert était issu d'une famille vouée à la carrière des

discedens, in Italiam profectus est, ut Patavii in liberales disciplinas, medicinam ac scientias naturales sedulo incumberet. Ibi et nascentem Fratrum Praedicatorum Ordinem cognovit et adamavit, quem, avunculi sui devicta reluctantia, hortante Beato Iordano de Saxonia, eiusdem Ordinis Magistro generali et fervidissimo Iesu Christi praecone, amplexus est, ac inter Sancti Dominici filios adscriptus. In omnibus Deo deditus atque tenera erga Beatissimam Virginem devotione emicans, Albertus mox Coloniam Agrippinam ad explenda theologica studia missus est. Quo tempore animi puritati ingenioque excolendo, de virtute in virtutem proficiens, quasi *gigas ad currendam viam* impense vacabat. Oratione studium mature praeveniendo, intellectum totamque vitae consuetudinem ita disposuit, ut, ad praedicationem atque animarum salutem, apostolicae Fratrum Praedicatorum religionis membrum idoneum fieret. Igitur ad fores sapientiae excubans, ita inter aequales excelluit, ut omnium saecularium scientiarum vertices facillime apprehenderet et « de divinae legis fonte adeo salutiferae fluentia doctrinae potaret, quod eiusdem in suo pectore vigeret

---

armes. Mais, quittant sa patrie dans le but de compléter ses études, il part pour l'Italie, comptant se fixer à Padoue pour y étudier les belles-lettres, la médecine et les sciences naturelles.

Là, il apprend à connaître et à aimer l'Ordre naissant des Frères Prêcheurs; il y entre même, après avoir triomphé des répugnances de son oncle maternel et sur les encouragements du bienheureux Jourdan de Saxe, Maître général de cet Ordre et fervent apôtre du Christ Jésus.

Le voici donc inscrit parmi les fils de saint Dominique. Se vouant à Dieu en toute chose, se distinguant par une tendre dévotion envers la Très Sainte Vierge, Albert est bientôt envoyé à Cologne pour y achever ses études théologiques.

Tout en veillant sur la pureté de son âme et cultivant son intelligence, il y progresse de vertu en vertu; tel *un géant parcourant sa carrière*, il travaille avec ardeur.

L'oraison attentive et réglée précède l'étude; par son intelligence et toute sa manière de vivre, il devient ainsi capable de collaborer par la prédication à l'apostolat des Frères Prêcheurs et de travailler au salut des âmes.

Il veille donc aux portes de la sagesse et l'emporte sur tous ses égaux au point de s'assimiler avec une extrême facilité les questions les plus ardues des sciences profanes et de s'abreuver « aux sources de la loi divine, dans les eaux de la plus salutaire doctrine, dont il possède

plenitudo », prout Praedecessor Noster Alexander IV de eo asserere non dubitavit.

Sacerdotio auctus, ut contemplationis et scientiarum lumina ac thesauros aliis traderet, Albertus lector Hildeshemii, Friburgi, Ratisbonae, Argentorati primum constitutus est. Incredibilem mox ubique terrarum existimationem sibi comparavit, cum in inclita Parisiensis Universitate sacrae facultatis cathedram summo plausu teneret et theologiae magisterio ornaretur. Deinde iuvenum ingenia instituere Albertus Coloniae prosecutus est, ubi Superiorum iussu Studium generale sui Ordinis condidit et est moderatus.

Tunc temporis inter plurimos alios celebres celeberrimum habuit discipulum Thomam Aquinatem, cuius praeclarissimum ingenium ipse primus perspexit ac praedicavit, eidemque per totam vitam amicissime in sanctitatis studiorumque aemulatione iunctus perstitit; ipsiusque, iam e vivis erepti, doctrinae puritatem strenue defendit, ac mentis altitudinem merito celebravit.

Cum insuper prudentiae atque iustitiae virtutibus Albertus apud omnes inclaruerit, mirum non est, quod saepe saepius

déjà dans son cœur la plénitude ». C'est ainsi que Notre prédécesseur Alexandre IV ne craignait point de s'exprimer en parlant d'Albert.

Elevé au sacerdoce, pour qu'il révèle aux autres les trésors de la contemplation et les lumières de la science, on nomme Albert d'abord professeur à Hildesheim, puis à Fribourg, à Ratisbonne, à Strasbourg.

Il s'acquiert bientôt et partout une réputation incroyable; dans l'illustre Université de Paris, il occupe, aux applaudissements de tous, une chaire de la Faculté des sciences sacrées, et l'honneur lui échoit d'y enseigner la théologie.

Chargé ensuite de l'éducation des jeunes gens, Albert se rend à Cologne, où, sur l'ordre de ses supérieurs, il fonde et dirige un collège général de son Ordre.

A cette époque, entre beaucoup d'autres célébrités futures, il a pour élève Thomas d'Aquin. Dès l'origine il pressent et signale la brillante intelligence de ce disciple, et pour toujours il demeure son ami et son émule en fait de travail et de sainteté. Après la mort de Thomas, il défend énergiquement la pureté de sa doctrine et vante à bon droit la profondeur de son intelligence.

Par sa prudence, par sa justice, Albert jouissait d'une réputation universelle. On ne s'étonnera donc point si bien souvent on le prit pour arbitre en des questions ou des conflits tant privés que publics:

ipse arbiter in publicis privatisque quaestionibus ac contentionibus delectus fuerit, quas rectissimo semper aequitatis sensu eximiaque dexteritate et fortitudine composuit. Eius autem mirabilis in rebus gerendis alacritas, religiosae observantiae cultui atque christianae perfectionis amori coniuncta, causa fuit, cur Fratres Praedicatorum Germaniae in capitulo provinciali, in urbe Wormatiensi congregati, in eo spem collocantes, Albertum priorem provinciam votis suis designarent.

Optime noverant Patres capitulares, saeculi vanitatem ob rerum temporumque adiuncta, vel apud claustrales viros sensim aliquando irrepsisse, ita ut ad eos in perfecta vita servandos regimine opus esset viri corde sancti, firma voluntate, prudenti consilio, omnigena virtute praediti. Spes eos non fefellit. Albertus namque indefessam et uberissimam dedit operam, ut officio prioris Teutoniae provinciae, quae ab oris Flandriae per Germaniam ad Poloniam usque et Hungariam latissime patebat, studiosissime fungeretur : et non modo coenobia saepe perlustrare, verum et comitia celebrare solebat, ut exemplo quidem suo et voce ad virtutis et regularis observantiae viam sequendam suis subditis stimulos iniiceret, sublime imitatus

---

du reste, il les tranchait toujours avec un sens parfait de l'équité, ainsi qu'avec une adresse et un courage remarquables.

Sa merveilleuse habileté dans la conduite des affaires, son culte pour l'observance religieuse et son amour de la perfection chrétienne amenèrent les Frères Prêcheurs allemands, réunis à Worms en Chapitre provincial, à mettre en lui toute leur confiance; il fut donc élu prieur de Germanie.

Les Pères présents à ce Chapitre savaient fort bien que la vanité du siècle, par suite des temps et des milieux, s'était parfois et peu à peu glissée jusque dans les monastères. Pour se maintenir dans une vie parfaite, ils avaient donc besoin d'être dirigés par un homme ayant la sainteté du cœur, la fermeté de volonté, la prudence dans ses conseils et la richesse de toutes les vertus.

Leur attente ne fut point trompée.

Infatigable, Albert mit tout son zèle, s'appliqua de toute manière, à remplir ses fonctions de prieur. Et pourtant, des rivages de la Flandre en passant par l'Allemagne entière, la province de Germanie s'étendait bien au loin, jusqu'à la Pologne et la Hongrie. Or, non seulement le nouveau prieur visitait fréquemment ses monastères, mais il tenait des assemblées, afin d'encourager ses religieux par son exemple et par sa parole à pratiquer la vertu et l'observance des

Divini Magistri exemplum, qui *coepit facere et docere* (*Act. Apost. I, 2*).

Beatissimi viri Alberti in rebus gerendis prudentia eiusque in civilibus negotiis peritia et doctrinae ac sanctitatis fama ad ipsos Romanos Pontifices pervenerunt, qui gravia atque praestantia officia eidem committere non dubitarunt.

Illud speciali mentione dignum, quod ab Alexandro IV Papa ipsi Alberto, provinciali Priori, demandatum est, ut una cum confratribus viriliter in catholicae religionis defensionem ac propagationem inter Livoniae ac Borussiae paganos auxilium praestaret. Et alia quidem munia idem Alexander in regione Brandenburgensi ipsi concredidit.

Cum autem is, ab Ordine suo deputatus, religiosorum mendicantium causam simulque Apostolicae Sedis iura vindicare deberet, ad Curiam Pontificiam, tunc Anagniae commorantem, profectus est, ubi in consistorio adversariorum impetum retudit atque tam fulgenti doctrina animos commovit, ut non solum, Pontificis praecepto obsecundans, publica disputatione Averroistarum errores profligaverit, sed etiam in Curiae Pontificiae

règles; il suivait ainsi, et d'une manière splendide, l'exemple du divin Maître, qui *commença par agir, puis par enseigner*.

La réputation de prudence de cet homme si grand et si saint dans la conduite des affaires, de son adresse dans les questions politiques, de sa doctrine et de sa sainteté, parvint à la connaissance des Pontifes romains eux-mêmes. Aussi ne manquèrent-ils pas de lui confier des missions aussi importantes que flatteuses.

Un fait qui mérite d'être spécialement relevé, c'est que le Pape Alexandre IV avait invité Albert, comme prieur de la province, et ses frères en religion à prêter leur concours en vue d'une défense et d'une propagation énergiques de la foi catholique parmi les païens de la Lettonie et de la Prusse. De plus, dans la province de Brandebourg, le même Pape le chargea de diverses missions.

Député par son Ordre pour plaider la cause des religieux mendiants et revendiquer les droits du Siège Apostolique, Albert se rendit à la Cour pontificale, qui se trouvait alors à Anagni.

Là, au sein du Consistoire, il repoussa les attaques de ses adversaires, créant par l'éclat de sa doctrine une telle impression qu'il reçut du Souverain Pontife une double mission : celle de réfuter dans une discussion publique les erreurs des Averroïstes et celle d'expliquer à l'école de la Cour pontificale, de la façon la plus lumineuse, l'Évangile selon saint Jean.

schola evangelium secundum Ioannem lucidissime explanaverit. Memoriam etiam mirae suae eruditionis et fulgidissimae virtutis tantam Albertus in Curia ipsa Romana reliquit, ut idem Summus Pontifex Alexander IV, cum Ecclesiae Ratisbonensi, in spiritualibus et temporalibus tunc multipliciter deformatae, pastor novus praeponendus esset, Albertum Magnum selegerit, qui commissum sibi gregem doctrina et exemplo pasceret et regeret et episcopalem sedem aere alieno gravatam sublevaret.

In episcopali dignitate consistens, Albertus paupertatem eo libentius servavit, quo eam ad disciplinam ecclesiasticam restaurandam moresque reformandos efficacissimam agnosceret. Inexhausto studii amore et contemplationis prorsus retento, sanctus praesul vel in vitiis extirpandis indefessus, in collapsis moribus erigendis sedulus, in componendis dissensionibus discretus, in administrandis Sacramentis diligentissimus, a scriptione sacra non destitit, ita ut pari tempore doctrinam promoveret simulque credito sibi gregi prospiceret. Episcopatus Ratisbonensis abdicatione, quam ab Urbano Pp. IV efflagitaverat, obtenta, ad ipsius Summi Pontificis nutum, suam

---

Le souvenir de sa merveilleuse érudition et de son éclatante vertu demeura des plus vivants à la Cour pontificale.

Le jour où l'Eglise de Ratisbonne, qui passait alors par de nombreuses afflictions, tant au spirituel qu'au temporel, eut besoin d'un nouveau pasteur, le Souverain Pontife Alexandre IV choisit Albert le Grand pour en instruire et diriger les fidèles par sa doctrine aussi bien que par son exemple et pour libérer de ses dettes le siège épiscopal.

Une fois évêque, Albert n'en continua pas moins à pratiquer la pauvreté, car il savait justement qu'elle est le meilleur moyen de restaurer la discipline ecclésiastique et de réformer les mœurs.

Conservant absolument intact son amour de l'étude et de la contemplation, infatigable à déraciner les vices, s'efforçant de relever le niveau d'une moralité trop inférieure, habile à résoudre les conflits, plein de zèle dans l'administration des sacrements, il ne renonçait pourtant pas à l'étude de la littérature sacrée; ainsi donc, tout en travaillant aux progrès des sciences doctrinales, il ne cessait point de veiller sur le troupeau qui lui avait été confié.

Avec l'autorisation du Pape Urbain IV, il mit alors son action entièrement aux ordres du Souverain Pontife. Bientôt, en effet, il fut chargé

navavit operam moxque *Apostolicae Sedis auctoritate Crucis praedicator per Alemanniam et Bohemiam pro subsidiis Terrae Sanctae* corrogandis renuntiatus fuit. Quo munere apprime perfunctus, ad regularem sui Ordinis consuetudinem ultro rediit, ac reliquos vitae annos praedicando, docendo, scribendo transegit, ac per dioeceses quamplurimas ubicumque rogatus pontificales ritus aliaque episcopalia munia explevit, ita ut, difficillimis susceptis itineribus, in varias regiones abiret, ad diversas quoque civitates, idest Neomagensem, Antverpiensem, Basileensem aliasque religionis ac pietatis causa accederet, et postquam Argentorati et Herbipoli commoratus fuit, Coloniam Agrippinam rediit, ubi postrema sibi quies erat obventura.

Speciali affectu impulsus erga utriusque sexus religiosos, impensam pro eis curam gessit eorumque conventus ac monasteria de episcoporum mandato saepius cum magno disciplinae religiosae emolumento visitavit, sanctitatis ardorem ac contemplationis lumen ubique incendens. Devota insuper pietatis et religionis provehendae officia ad omnes christifideles profuse extendebat, nulli consilium vel auxilium denegans. Neque praetereundum ipsum Albertum cum Sancto Ludovico Francorum Rege concordî pietate coniunctum vixisse.

---

*par l'autorisation du Siège Apostolique de prêcher en Allemagne et en Bohême la Croisade destinée à secourir la Terre Sainte.*

Cette mission une fois et parfaitement accomplie, il revint à la vie régulière de son Ordre et passa les dernières années de sa vie à prêcher, à enseigner, à écrire; dans de nombreux diocèses et des plus variés, il remplit les rites pontificaux ou autres fonctions épiscopales; obligé d'entreprendre toutes sortes de voyages, il se rendit ainsi en des régions et des villes fort diverses, à Nimègue, à Anvers, à Bâle et ailleurs, mais toujours pour servir la religion ou la piété.

Après un séjour à Strasbourg et Wurzburg, il revint à Cologne, où l'heure du dernier repos sonna enfin pour lui.

Poussé par le grand intérêt qu'il éprouvait envers les religieux de l'un et l'autre sexe, il s'occupait d'eux activement. Sur l'ordre des évêques, à plusieurs reprises, il visita leurs couvents ou monastères au plus grand profit de la discipline religieuse, excitant partout un vif désir de la sainteté et des lumières de la contemplation. Du reste, ses encouragements à la piété et aux pratiques religieuses, il les étendait aux chrétiens de toute classe sans distinction; il ne refusait à personne ses conseils ou son assistance. N'oublions pas non plus qu'Albert entretenait de pieuses et intimes relations avec saint Louis, roi de France.

Licet Albertus plerumque reverentiae causa Dominus appellatur, tamen patrem potius se praebuit omnium in se filialem fiduciam convertens, iuxta Pauli Apostoli exemplum, qui *libentissime se impendebat et superimpendebatur* (Cor. XII, 15) pro proximorum suorum animabus.

Quamquam iam senio confectus, ad secundum Lugdunense Concilium accessit, in quo Graeci, emissa fidei professione, doctorum expositionibus praemissis, divina gratia ad unionem Ecclesiae feliciter redierunt. Eius etiam Concilii occasione Praedecessor Noster Beatus Gregorius Pp. X, Alberto intercedente, Rodulphi de Habsburgo, Romanorum Regis, electionem probavit. Qua re Albertum utrique ordini societatis tum ecclesasticae tum civilis denuo consuluisse procul dubio affirmari potest.

Verum immensa utique haec negotiorum quae inspeximus moles parvi facienda veluti videtur, si cum ingentibus studiorum laboribus institutis ac voluminibus ab eodem doctissime conscriptis conferatur, in quibus eius ingenii acumen et vis eximia, mentis amplitudo atque altitudo, dives eruditionis copia, ornandae ac defendendae fidei indefessus ardor eminenter elucet.

---

Bien qu'en général et par respect pour sa personne on le qualifiât de seigneur, il faisait plutôt figure d'un père, grâce à l'art de s'attirer la filiale confiance de tous; tel était l'apôtre saint Paul, qui *bien volontiers dépensait et se dépensait lui-même* en faveur de l'âme de son prochain.

Déjà un vieillard, il n'en allait pas moins au second Concile de Lyon, où les Grecs, après la profession de foi et l'exposé des Docteurs, revinrent heureusement par la miséricorde de Dieu à la communion de l'Eglise. Lors de ce Concile, Notre prédécesseur le Pape saint Grégoire X approuva, sur la demande d'Albert, l'élection de Rodolphe de Habsbourg comme empereur des Romains. Par son entremise, on peut l'affirmer sans hésiter, Albert rendit service aux deux ordres de la société, à l'ordre ecclésiastique et à l'ordre politique.

Mais le poids énorme des affaires que Nous avons mentionnées pourra sembler bien peu de chose quand on le compare aux immenses travaux de ce grand savant, aux nombreux volumes qu'il écrivit.

Dans son œuvre il révèle d'une manière éminente la pénétration non moins que l'extrême puissance de son esprit, l'ampleur et la profondeur de ses conceptions, la richesse magnifique de son érudition et, pour finir, son ardeur infatigable à défendre la foi.



Quapropter historiographi et eius vitae scriptores iure meritoque eum propter singularem intellectus universalitatem extollunt, qui non solum divinas res contemplatus est vel philosophicas veritates, sed etiam omnes alias scientias humanas attigit atque illustravit, quae hodie naturales vocantur. Imprimis iam Bartholomaeus Lucensis, coevus, episcopus Torcellanus, affirmavit Albertum, quod ad scientias universas excolendas et docendi methodum attinet, inter doctores maxime excelluisse. Re quidem vera Alberti Magni operum paene innumerorum titulos iam inspicienti subito evidenter apparet, nullam particularem scientiam effugere ingenium eius, cum de astronomia, cosmographia, meteorologia, climatologia, physica, mechanica, architectura, chimia, mineralogia, anthropologia, zoologia et botanica luculentissime disseruerit. Quibus insuper scriptis varia de practicis artibus opera, utpote de texendi, navigandi peritia, sicut etiam de agricultura hisque similibus sunt adiungenda.

Constanti autem mentis intentione Magnus Albertus, sicut verus doctor catholicus, non sistit in huius mundi adspectabilis contemplatione, prout modernis rerum naturalium investigato-

Les historiens et les écrivains de sa vie ont donc grandement raison de vanter la singulière universalité de son intelligence.

Tout en contemplant les sujets les plus divins ou les vérités philosophiques, il s'intéressait à toutes les autres sciences humaines, celles qu'on appelle aujourd'hui les sciences naturelles, et y portait les lumières de son génie.

Déjà, parmi ses premiers panégyristes, Barthélemy de Lucques, son contemporain, évêque de Torcella, affirmait qu'Albert, grâce à l'universalité de ses études scientifiques et à sa méthode d'enseignement, comptait parmi les plus éminents Docteurs.

En fait, rien qu'à lire les titres des œuvres presque innombrables d'Albert le Grand, on voit d'emblée qu'aucune science ne lui fut étrangère; il disserte, en effet, et de la façon la plus claire, sur l'astronomie, la cosmographie, la météorologie, la climatologie, la physique, la mécanique, l'architecture, la chimie, la minéralogie, l'anthropologie, la zoologie et la botanique. Aux œuvres de ce genre il faut ajouter divers écrits concernant les arts de la vie pratique, tels que le tissage, la navigation, l'agriculture et autres occupations d'une nature analogue.

Mais l'esprit d'Albert le Grand, ainsi qu'il convient à un vrai Docteur catholique, ne s'immobilise point dans la contemplation de ce monde visible, comme le font souvent les observateurs modernes des

ribus quam frequenter accidit; sed ad spiritualia et supernaturalia ascendit, omnium scientiarum concordem, iuxta tamen subiecta varie sibi subordinata, coordinationem statuens, ab inanimatis ad viventia, a viventibus ad spirituales creaturas, a spiritibus ad Deum mire progrediens.

Et re vera Deus ipse, omnium bonorum munificentissimus Dator, Albertum indole atque necessariis auxiliis ad tantum opus perficiendum ditaverat. Ipsi enim inerat veritatis insatiata cupiditas, indefessa ad res naturales attentio earumque investigatio, imaginatio fervida simul cum firma memoria, erga sapientiae antiquae monumenta amor, et praecipue religiosa mens qua admiranda Dei sapientia, in ipsis creaturis relucens, clare percipitur. Unde sacer Psaltes ad Dei laudem omnia mundi elementa invitabat, et in *Job* sicut et in libro *Sapientiae* atque in *Ecclesiastico* ad munificentissimum talium bonorum Largitorem benedicendum et exaltandum Spiritus Sanctus homines impellit.

Hoc autem potissimum est mentione dignum, quod veteris quemque sapientiae florem laboriosissimo studio ipse collegit, et quidquid veritatis humana ratio innata vi acute investigaverat,

---

phénomènes naturels; loin de là : il s'élève aux choses spirituelles et surnaturelles, il coordonne entre elles toutes les sciences, dans la mesure permise par la variété de leur objet, et dans une progression admirable il passe des créatures inanimées aux animées, des animées aux spirituelles, des spirituelles à Dieu.

Et de fait, Dieu lui-même, dont la munificence nous comble de biens, avait doté Albert d'une nature et des moyens nécessaires à l'accomplissement d'une si vaste tâche.

Chez Albert le Grand on trouve en effet une soif insatiable de vérité, une attention inlassable dans l'observation des phénomènes naturels, une ardente imagination, une excellente mémoire, l'amour des monuments de la sagesse antique, mais surtout un esprit religieux lui faisant clairement percevoir cette admirable sagesse divine brillant dans les créatures. N'est-ce pas pour cette même raison que le Psalmiste sacré invitait tous les éléments de la nature à s'unir pour louer Dieu et que, dans le livre de *Job*, dans celui de la *Sagesse*, dans l'*Ecclésiaste*, le Saint-Esprit exhorte les hommes à bénir et louer le Dispensateur magnifique de tant de biens?

Mais, fait encore plus digne de mention, Albert cueillit, au cours de ses laborieuses études, toutes les fleurs de la sagesse antique et toutes les portions de vérité que la raison naturelle de l'homme avait découvertes; il en retrancha, il est vrai, les erreurs, mais pour

expurgatis quidem erroribus, subtiliter meditatus est, atque ad fidei veritatem illustrandam eamque a variis impugnationibus tuendam saepe feliciter adhibuit. Quod praecipue subsidium ex Aristotelis operibus, quae tunc temporis latius evulgari in Europa coeperunt, aptissime deprompsit. Falsis namque Aristotelismi interpretationibus reiectis, impendens catholicae doctrinae periculum non solum ipse propulsavit, sed veteris philosophiae telum ex hostium manibus veluti ereptum ad revelatae veritatis defensionem valide retorsit. Eo igitur praepremis auspice, *Scholastica*, sanioris Aristotelismi genuinis thesauris sibi additis, expeditiorem viam inivit, ut miram quae adest rectae rationis cum fide cohaesionem maiore luce illustraret. Alberto praeunte Thomas deinde Aquinas, dilectus eius discipulus, perennis philosophiae culmina atque altissimos sacrae Theologiae vertices felici ausu conscendit.

Itaque eius labore et opera, philosophia tota, sed praecipue Aristotelica, Theologiae christianae validum quidem et aptissimum instrumentum sub revelationis supernaturalis lumine evasit.

---

lui ce fut l'occasion de pénétrantes méditations; afin même de rendre plus frappantes les vérités de la foi ou pour les défendre contre diverses attaques, il eut souvent recours à ce florilège, et non sans bonheur.

Ce genre d'appui, il le demande surtout, avec une grande opportunité, aux œuvres d'Aristote, qui, à cette époque, commençaient à se répandre largement en Europe. En rejetant les interprétations erronées de l'Aristotélisme, non seulement il écartait le danger qui menaçait la doctrine catholique, mais il arrachait, pour ainsi dire, les armes de la philosophie antique aux mains de ses adversaires, afin de les diriger à son tour contre eux et défendre ainsi plus énergiquement la vérité révélée.

Ce fut donc sous les auspices d'Albert tout le premier que la *Scholastique*, s'appropriant les réels trésors d'un Aristotélisme épuré, inaugura une voie plus propice et mit en meilleure lumière les admirables concordances de la raison et de la foi. Sur ses pas, Thomas d'Aquin, son disciple préféré, parvint aux cimes d'une philosophie éternelle et d'une sublime théologie sacrée.

Ainsi donc, par le travail et par l'action d'Albert le Grand, la philosophie entière, mais surtout celle d'Aristote, se transformait pour la théologie chrétienne en le plus robuste et le plus utile des instruments, du jour où les lumières de la Révélation surnaturelle la venaient éclairer.

Hoc enim supremum et constans fuit totius vitae intellectualis Alberti propositum; quare quidquid veri, quidquid pulchri, quidquid sublimis, in ethnicorum sapientia invenitur, discere et ipsi Creatori, qui est prima Veritas, summa Pulchritudo et essentialis Perfectio, offerre et fere consecrare voluit. Sicque Albertus vincula dirupit, quibus naturalis scientia in gentilium, mahumetanorum ac iudaeorum potestate tenebatur, vel a quibusdam tunc temporis piis hominibus, ob abusus qui irrepserant, cum diffidentia quadam respiciebatur, quasi magnum pro fidelibus periculum in seipsa occultaret. Verus Theologus nullum ipse damnum in naturae vel naturalis rationis operibus recte investigatis pertimuit, cum eadem ipsius Creatoris lumen in se ferant.

Ita inter medii aevi Doctores, praecipue Albertus sui temporis scholis scientifica antiquorum culturae divitias, modo vere organico, in sua magna encyclopaedia, quae ab infimis notionibus usque ad sacram Theologiam extenditur, egregie transmisit. Nil mirum igitur, si apud antiquos in confesso sit, Albertum Magnum « totum scibile scivisse, nullum doctrinae

---

Tel fut le but suprême et constant de la vie intellectuelle d'Albert; aussi, tout ce qu'il put découvrir de vrai, de beau, de sublime dans la sagesse païenne, il voulut l'offrir et, en quelque sorte, le consacrer au Créateur, source de toute vérité, somme de toute beauté, essence de toute perfection.

Albert brisa de même les liens qui retenaient les sciences naturelles au pouvoir des païens, des mahométans et des juifs; ces sciences, quelques hommes pieux de l'époque, en raison des abus qu'elles avaient favorisés, ne les regardaient qu'avec une certaine défiance, comme si en elles-mêmes elles recélaient de graves dangers pour les fidèles.

En vrai théologien, Albert ne voyait pour sa part aucun inconvénient dans l'étude judicieuse des œuvres de la nature ou de la raison naturelle, du moment qu'elles abritent la lumière du Créateur lui-même.

C'est ainsi qu'entre tous les Docteurs du moyen âge Albert fit passer dans les écoles de son époque les richesses de la culture scientifique ancienne, puis, sous une forme vraiment constructive, dans sa grande encyclopédie, qui part des notions les plus infimes pour s'élever jusqu'à la théologie sacrée; il y réussit au reste d'excellente manière.

Dès lors, rien d'étonnant à ce que les anciens auteurs aient déclaré qu'Albert le Grand « savait tout ce qu'on peut savoir, n'igno-

genus ignorasse » (Pius II) « ac sui temporis stuporem et miraculum congrue dici posse » (Ulricus de Argentina). Nil mirum etiam eundem apud antiquos « Doctoris universalis » titulum et « philosophorum omnium totius christianitatis solis praeclarissimi » (Henricus de Hervodia) famam fuisse adeptum.

His autem encomiis viri docti, etiam acatholici, nostrae aetatis suffragari non dubitant, dum in eo maximum totius medii aevi naturalium rerum investigatorem extollunt. Ex quibus opportune quidam scriptor eximius Albertum vocat « studii naturalis in Occidente antesignanum perspicacissimum, qui primus religioni christianaе adsimilavit atque iniunxit sublimes illos Graecae sapientiae fontes, qui primus naturalem historiam doctrinae ecclesiasticae parem posuit, qui primus res naturales germanicas ex arte descripsit, qui primus rerum creatarum formas ad rationes morphologicas revocare conatus est, denique qui primus atque unus historiam totius naturae per omnes explicuit partes » (Carolus Jessen).

Praeterea hunc sibi vindicavit honorem, quod neque in philosophia, nec in Theologia, nec in Scripturarum interpretatione fere ullus alius doctor, excepto Sancto Thoma exstitit, qui

---

rait aucune espèce de science » (Pie II), « et pouvait être à bon droit proclamé le phénomène le plus étonnant, la merveille de son siècle » (Ulric de Strasbourg). Rien non plus d'étonnant à ce qu'il ait reçu d'eux le titre de « Docteur universel » et passé pour être l'astre le plus brillant parmi tous les philosophes de la chrétienté entière » (Henri de Hervodia).

A ces louanges, des savants contemporains, même acatholiques, ne craignent pas de se joindre. Ils célèbrent volontiers en lui le plus grand observateur du moyen âge au point de vue des sciences naturelles. L'un deux, écrivain distingué, appelle très justement Albert « le précurseur le plus perspicace des études naturelles en Occident, le premier qui ait mis au service de la religion chrétienne et lui ait infusé les sources sublimes de la sagesse grecque, le premier qui ait mis l'histoire naturelle sur le même rang que la doctrine ecclésiastique, le premier qui, en Allemagne, ait régulièrement dépeint les phénomènes naturels, le premier qui se soit efforcé de ramener les formes des objets créés à un plan morphologique, le premier enfin et le seul qui ait exposé en toutes ses parties l'histoire de la nature entière » (Karl Jessen).

Il eut de plus cet honneur que, ni en philosophie, ni en théologie, ni dans l'interprétation de la Sainte Ecriture, il n'y eut presque aucun

tantam auctoritatem sibi comparaverit. Nimis utique longum est Alberti Magni pro theologiae scientiae incremento merita ostendere et enucleare.

Ut enim Theologiae operam navaret, animus ipse suus eundem impellebat. Auctoritatem, quam in re philosophica sibi comparaverat, mirum in modum amplificavit, cum, ut diximus, philosophia, ad Theologiam scholastico systemate recte explanandam, velut instrumento usus est. Quapropter et ipse huius quoque Theologiae methodi prae primis auctor dicitur, quae in Christi Ecclesia ad nostram usque aetatem clericis regula ac norma tutissima permansit.

Beati Alberti theologica opera amplissima, sicut et perspicua eius in Sacra Scriptura commentaria, nedum lucidissimam mentem ac profundam de catholica doctrina cognitionem, verum etiam tam suavem pietatem animasque Christo adiungendi vehemens desiderium produnt, ita ut procul dubio Sanctum de rebus sanctis disserentem in istis operibus summopere dignoscamus.

Hic recolere praestat eius *Summam Theologicam*, quae pietatem ac sapientiam pariter redolet; *Commentarium in Evange-*

autre Docteur, saint Thomas excepté, qui jouit d'une telle autorité.

Il serait assurément trop long d'exposer et de faire ressortir les progrès qu'Albert le Grand fit accomplir à la science théologique.

S'adonner aux études théologiques était d'ailleurs un besoin de son esprit. L'autorité qu'il avait acquise en philosophie grandit encore étonnamment quand, pour expliquer nettement la théologie suivant le système scolastique, il se servit de la philosophie comme d'un instrument. C'est pour cette raison qu'on le considère, entre tous, comme l'auteur de cette méthode de théologie qui, dans l'Eglise du Christ, est demeurée pour les élèves, jusqu'à nos jours, la méthode de choix et la norme la plus sûre.

L'œuvre théologique extrêmement vaste du bienheureux Albert, de même que ses commentaires pénétrants sur la Sainte Ecriture, attestent non seulement un esprit parfaitement lucide et une connaissance approfondie de la doctrine catholique, mais encore une piété si suave et un désir si vif d'attirer les âmes vers le Christ qu'on y reconnaît, sans la moindre hésitation, le langage d'un saint parlant des choses saintes.

C'est le lieu de rappeler sa *Somme théologique*, qui exhale un tel

*lium Sancti Lucae*, quod eum sacrae paginae peritum interpretem ac securum demonstrant; dulces suavesque *Tractatus de laudibus Beatae Virginis*, in quibus eius amor affectusque ardentibus erga Dei Matrem panduntur; scripta illa incomparabilia *De Sacrosancto Altaris Sacramento*, in quibus ipse sinceram suam fidem in Deum et fervidam devotionem in divinae Incarnationis mysterio colendo luculenter ostendit. *Mysticae* denique *elucubrations* commemorandae sunt, ex quibus eum per Spiritus Sancti gratiam ad infusae contemplationis altitudinem elevatum comperimus, et ex quibus saeculo decimo quarto in Germania mystice vivendi normam principium et originem duxisse conspiciamus.

Omnia denique ista Alberti auctoritatis in theologica scientia monumenta sunt numquam interitura. Quinimo et cum Praedecessore Nostro f. r. Leone XIII de tota Alberti Magni doctrina iure affirmare possumus : « Quamquam post Alberti aetatem incrementa cuivis scientiarum generi complura attulit dies, eius tamen vis et copia doctrinae, quae Thomam aluit Aquinatem et aequalibus eorum temporum miraculo fuit, non potest vetustate ulla consenescere. »

parfum et de sagesse et de piété; le *Commentaire de l'Évangile de saint Luc*, qui nous le montre interprète aussi expert que sûr du texte sacré; les doux et suaves *Traité de louanges à la Bienheureuse Vierge* dans lesquels s'épanchent son amour et les ardents mouvements de son cœur pour la Mère de Dieu; l'écrit incomparable *Du Très Saint Sacrement de l'Autel*, où se manifestent si vivement sa foi sincère en Dieu et sa brûlante dévotion au culte du mystère de la divine Incarnation.

Rappelons enfin ses *ouvrages mystiques*, qui nous apprennent à quelle hauteur de la contemplation infuse la grâce du Saint-Esprit voulut bien l'élever, et qui, au XIV<sup>e</sup> siècle, devinrent en Allemagne la règle, le principe et l'origine de la vie mystique.

Bref, toute l'œuvre théologique d'Albert s'élève comme un monument impérissable de l'autorité qu'on lui reconnaissait. Aussi, avec Notre Prédécesseur d'heureuse mémoire Léon XIII, pouvons-Nous dire à bon droit de sa doctrine tout entière : « Bien qu'après l'époque d'Albert les sciences de toute nature aient connu chaque jour de nouveaux et de nombreux progrès, cependant la puissance et la richesse de sa doctrine, dont fut nourri saint Thomas d'Aquin, et qui firent l'admiration de ses contemporains, ne lui permettent en aucune façon de vieillir. »

Quae hucusque diximus sufficient ad magnitudinem aliquatenus adumbrandam tum eximiae sanctitatis vitae, tum mirabilis Alberti doctrinae, qui, post tot ac tantos labores in vinea Domini exantlatos, de Ecclesia catholica omni ex parte optime meritus, die decimaquinta mensis Novembris anno millesimo ducentesimo octuagesimo hanc peregrinationem placidissime deseruit, ut beata aeternitate frueretur.

At post tanti luminis occasum numquam tamen eiusdem splendidus fulgor defecit. Albertus Magnus revera in Christi Ecclesia adhuc illucescit scientiae suae eminentia; illucescit vitae sanctitate virtutibus omnibus adornata; illucescit et prodigiorum fama quae in vita et post mortem ab ipso patrata fide digni scriptores omni quidem tempore asserunt, ita ut et Nos cum Sancto Petro Canisio, Ecclesiae Doctore, qui illum *Germaniae lumen* appellat, hoc de Alberto Magno affirmare possimus : « vitae munditia, sapientia et sublimibus scientiis excellens » fuit... « Honorem eius et sanctitatem Dominus Deus plurimis miraculis ostendit. »

Nemini igitur mirum videatur, quod Beato Alberto, post eius mortem ecclesiasticus ac publicus cultus tributus est, cuius mani-

---

L'esquisse que Nous venons de tracer suffit, dans une certaine mesure, à faire deviner l'éminente sainteté, de même que l'admirable doctrine d'Albert. Et c'est ainsi que, le 15 novembre 1280, après tant et de si grands travaux laborieusement accomplis dans la vigne du Seigneur, après avoir bien mérité en tout lieu et en toute occasion de l'Eglise catholique, Albert le Grand quitta paisiblement ce lieu de pèlerinage pour jouir de la bienheureuse éternité.

L'extinction de cette brillante lumière n'entraîna pourtant pas la disparition de ses splendides reflets. A vrai dire, Albert le Grand éclaire encore l'Eglise du Christ par le rayonnement de sa science; il l'éclaire par la sainteté d'une vie ornée de toutes les vertus; il l'éclaire par la renommée des prodiges qu'il accomplit de son vivant ou après sa mort, au témoignage constant d'écrivains dignes de foi. Avec saint Pierre Canisius, Docteur de l'Eglise, qui l'appelle *le flambeau de la Germanie*, nous pouvons donc affirmer que « la pureté de sa vie, sa sagesse, la sublimité de sa science, le placent aux premiers rangs »... « De sa gloire et de sa sainteté, le Seigneur Dieu a fourni la preuve par de nombreux miracles. »

Personne alors ne doit s'étonner si, après sa mort, on rendit au bienheureux Albert un culte ecclésiastique et public ainsi qu'il appert de nombreux et importants témoignages. Aussi Nous réjouissons-Nous



festationes et praerogativae tot sunt ac tanti momenti. Et in hoc laetamur, quod plures Praedecessores Nostri, « attentis Beati Viri in Ecclesiam praeclaris meritis » (Clemens X), ad eius cultus extensionem pretiosos contulerint favores. Innocentius nempe VIII anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto Fratribus Ordinis Praedicatorum Coloniensibus ac Ratisbonensibus, ut in Beati Alberti honorem altaria erigerent ac festum liturgicum peragerent, benigne concessit; quae concessio beatificationi vere aequivalet. Gregorius XV autem privilegium hoc cathedralis Ratisbonensis Capitulo et clero anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo vivae vocis oraculo tribuere dignatus est. Urbanus VIII Beati Alberti liturgicum festum civitati Lauingae anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo indulxit ac postea, anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto Romanorum Imperatore instante, ad totius Germaniae Fratres Praedicatores extendit. Alexander VII idem indultum Fratribus eiusdem Ordinis in ditione Veneta degentibus anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto elargitus est; ac denique Clemens X, anno millesimo sexcentesimo septuagesimo benigne annuit, ut in toto Praedicatorum Ordine Festum Beati Alberti Magni cum Officio et Missa solemni ritu quotannis in

---

de ce que plusieurs de Nos prédécesseurs, « prenant en considération les éclatants mérites du Bienheureux envers l'Eglise » (Clément X), aient attaché de précieuses faveurs à l'extension de son culte.

Innocent VIII, en effet, dès l'année 1484, voulut bien autoriser les Frères de l'Ordre des Prêcheurs, dans les villes de Cologne et de Ratisbonne, à ériger des autels et célébrer une fête liturgique en l'honneur du bienheureux Albert; or, une pareille concession équivaut à une véritable béatification.

Ce privilège, Grégoire XV daigna l'étendre au Chapitre de la cathédrale et au clergé de Ratisbonne, en 1622, par une déclaration de vive voix.

En 1631, Urbain VIII permit à la ville de Lauingen de célébrer la fête liturgique du bienheureux Albert, et, peu après, en 1635, à la prière de l'empereur des Romains, il étendit cette fête aux Frères Prêcheurs de toute l'Allemagne.

Alexandre VII, en 1664, accorda la même faveur aux Frères du même Ordre vivant en Vénétie.

Clément X, enfin, voulut bien permettre, en 1670, que dans tout l'Ordre des Prêcheurs la fête du bienheureux Albert le Grand, avec office et messe solennelle, fût dorénavant célébrée chaque année.

perpetuum perageretur. Praeterea Pius IX toti archidioecesi Coloniensi anno millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto sub ritu semiduplici huiusmodi festum, postea anno millesimo octingentesimo septuagesimo ad ritum duplicem elevatum, celebrari permisit. Tribus post annis idem Pontifex in ecclesia S. Elisabeth prope Curiam Riariam quondam exstante, in qua catholicorum virorum Germanicae nationis societas in Urbe erat constituta, ut Missa de Beato Alberto Magno a sacerdotibus ibi celebrantibus legeretur, indulisit. Postremis hisce temporibus autem aliis Germaniae dioecesibus, uti Monacensi, Frisingensi, Friburgensi, Ratisbonensi, Augustanae, Herhipolensi et Rottemburgensi, et, in Gallia, Parisiensi archidioecesi liturgicum B. Alberti festum indultum est. Nec oblivioni relinquendum est quod indulgentia plenaria in eiusdem festo hac illac, immo hac ipsa in Urbe, a nostris Praedecessoribus gratiose concessa est; neque etiam praetereundum de quodam templo Rigae in Sancti Alberti honorem dedicato, sicuti etiam de plenaria indulgentia in perpetuum pro idem templum visitantibus ex benigna largitione a Leone XIII.

Quare nil mirum, quod ob tantam huius viri sanctitatis doctrinaeque praestantiam, de eius canonizatione ac etiam de Eccle-

---

De plus, en 1856, Pie IX autorisa tout l'archidiocèse de Cologne à célébrer cette fête sous le rite semi-double, que, dans la suite, en 1870, il éleva au rite double. Trois ans après, le même Pontife permit aux prêtres célébrant dans l'église Sainte-Elisabeth, qui se trouvait autrefois près de la Chancellerie apostolique et qui était le siège de l'Association des hommes catholiques de nation allemande résidant à Rome, de célébrer la messe du bienheureux Albert le Grand.

En ces tout derniers temps, d'autres diocèses de l'Allemagne, tels ceux de Munich-Freising, de Fribourg, de Ratisbonne, d'Augsbourg, de Wurtzbourg, de Rottenbourg, et, en France, l'archidiocèse de Paris furent autorisés à célébrer la fête liturgique. N'oublions pas non plus de dire qu'une indulgence plénière au jour de cette fête a été gracieusement accordée par Nos prédécesseurs en différents lieux, et notamment dans la ville même de Rome; citons encore une église de Riga dédiée à saint Albert, ainsi que l'indulgence plénière à perpétuité à gagner par les visiteurs de cette église d'après la bienveillante concession de Léon XIII.

On ne saurait donc être surpris de ce que la sainteté et la doctrine si éminentes d'Albert le Grand aient déjà fait demander pour lui au

siae Doctoris titulo pro eo ab Apostolica Sede obtinendo iampridem cogitatum est. Praecipue vero post sacri ipsius corporis solemnem translationem, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio peractam; et iterum ac ardentius sub saeculi XVII initio, saepe ad hoc impense adlaboratum est; quod tamen propter bellorum calamitates, et commercii epistolaris cum hac Romana Curia difficultatem, ad felicem exitum pervenire nequivit.

Piissimum itaque ac saeculare votum solvere cupientes Sacrorum Germaniae Antistites, Concilii Vaticani tempore, Beati Alberti Magni causam reassumendam instanter ab hac Apostolica Sede efflagitarunt; sed ob notas Ecclesiae procellas, sive in Italia sive in Germania exortas, expleri hae preces nullimode valuerunt.

Denuo, solempni modo, diebus nostris S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi Praelatique quam plurimi ex omnibus orbis partibus, simul ac Abbates et religiosarum Sodalitatum Praesides, praecipue Studiorum Universitates ac Facultates, Seminaria et collegia, virorum doctorum Societates, totius Germaniae catholicae viri ac mulieres nobilitate, scientia

Siège Apostolique les honneurs de la canonisation et le titre de Docteur de l'Eglise.

On y avait surtout songé après la translation solennelle de sa sainte dépouille, en 1483.

Ces vœux se renouvelèrent, encore plus ardents, au début du xvii<sup>e</sup> siècle et furent l'occasion de démarches instantes; mais de calamiteuses guerres, la difficulté de correspondre avec la Curie romaine empêchèrent ces vœux et ces efforts d'aboutir.

Pressés malgré tout de réaliser un pieux et séculaire désir, les évêques d'Allemagne, à l'époque du Concile du Vatican, demandèrent instamment à ce Siège Apostolique que la cause du bienheureux Albert fût reprise; mais, en raison des troubles bien connus qui assaillirent l'Eglise soit en Italie, soit en Allemagne, il fut impossible de satisfaire cette demande.

De nos jours, des cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, des patriarches, de nombreux archevêques, évêques et prélats vivant en tous les points du globe, de même que des abbés ou des chefs d'Instituts religieux, et surtout des Universités, des Facultés, des Séminaires, des Collèges, des Sociétés savantes, des hommes ou des femmes appartenant à l'Allemagne catholique et se distinguant par leur noblesse, par leur science ou par leurs situations politiques, Nous ont

ac in rei publicae administratione praestantes, instantissime supplices Nobis preces porrexerunt, ut Beatum Albertum Magnum Sanctorum aureola Doctorisque Ecclesiae titulo decoraremus.

Rem itaque, profecto votis quoque Nostris consentaneam, mature perpendendam duximus, eo vel magis, quod Alberti Magni glorificatio ad animas suavissimo Christi iugo aptius subiiciendas hodie praecipue opportuna videatur.

Albertus Magnus talis quidem est Sanctus, in cuius exemplum aetas nostra, pacem ardentem quaeritans et a scientiae inventis mira sibi repromittens, intentis oculis maximo cum emolumento intueri potest. Quamvis enim hodie populi omnes pacem vehementer exoptant, tamen de ratione et via ad eam consequendam aptioribus minime conveniunt : imo ipsa verae pacis fundamenta, iustitiam scilicet et caritatem, reapse praetermittunt. Ad Sanctum igitur Albertum Magnum confidenter respiciant omnes. Ipse namque totis visceribus adhaesit gloriosissimo Deo, qui utique *non est dissensionis Deus, sed pacis* (*I Cor. xiv, 33*), illius nempe pacis quae exsuperans omnem sensum fidelium corda et intelligentias custodit (*Phil. iv, 7*).

---

adressé de solennelles et instantes supplications pour que Nous honorions le bienheureux Albert le Grand de l'auréole des saints et le décorions du titre de Docteur de l'Eglise.

La demande, il est vrai, s'accordait avec Nos propres vœux. Nous avons donc jugé bon de l'étudier attentivement, d'autant plus que la glorification d'Albert le Grand semble de nos jours extrêmement opportune, afin d'amener les âmes à se soumettre mieux que jamais au joug si doux du Christ.

Albert le Grand compte, en effet, parmi ces saints dont notre époque, ardemment éprise de paix et se promettant des merveilles avec les inventions de la science, peut étudier les exemples avec le plus grand profit.

De nos jours, tous les peuples souhaitent vivement la paix ; mais, sur les meilleurs voies et moyens de l'obtenir, ils ont grand'peine à s'entendre. Bien plus, ces fondements d'une véritable paix, la justice et la charité, en fait ils les négligent. Qu'ils tournent donc leurs yeux avec confiance vers saint Albert le Grand. C'est de tout son cœur, en effet, qu'il s'attachait au Dieu infiniment glorieux qui assurément *est le Dieu non pas du désordre, mais de la paix*, de cette même paix qui, surpassant toute intelligence, gardera les cœurs et

Hic Albertus, qui in vita sua ad pacis foedera inter civitates et principes, populos singulosque homines ineunda felici exitu strenue adlaboravit, perfectum nobis veluti typum exhibet arbitri pacis, pro ea qua pollebat ad conciliandos animos auctoritate, ex eius doctrinae et sanctitatis fama profecta una cum tanta dignitate personae, sacro sacerdotii caractere nobilitata. Equidem ille in se vividam expressit Christi Salvatoris imaginem, qui *Princeps Pacis* in Sacris Litteris salutatur.

Scientia quoque quam maxime ad pacem stabiliendam conducit, si rectae vero rationi ac fidei supernaturali subiiciatur. Quae quidem subiectio ad ipsius scientiae nobilitatem, soliditatem ac veritatem omnimode firmandam necessaria videtur. At quam frequenter nostra praecipue aetate subiectio huiusmodi in investigationibus scientificis negligatur ac despiciatur plane compertum est. Immo contra fidem rectamque rationem ipsa quidem adhibetur scientia; quae, *Deo scientiarum Domino* derelicto, suis tantum viribus confidens, in illum numquam satis deplorandum materialismum procul dubio incidit, qui, neminem latet, profecto morum dissolutionis totque in re oeconomica malorum causa est, quibus fere totius orbis populi infeste per-

---

les pensées des fidèles. Cet Albert, qui durant sa vie collabora avec autant d'énergie que de succès à ramener la paix entre les États et les princes, entre les peuples et les individus, nous apparaît comme le type véritable de l'arbitre de la paix; car il possédait à un haut degré le don de la conciliation grâce à l'autorité que lui valaient sa renommée doctrinale et sa réputation de sainteté; le tout s'alliait enfin chez lui à une grande dignité personnelle que relevait encore, en l'ennoblissant, le caractère sacré du sacerdoce.

Bref, il reflétait dans tout son être la vivante image du Christ Sauveur, *le Prince de la Paix*, ainsi que le saluent les Lettres Sacrées.

La science elle-même est la meilleure des voies qui conduisent à une paix stable quand elle se soumet aussi bien à la droite raison qu'à la foi surnaturelle. Et cette sujétion paraît absolument nécessaire à la noblesse, à la solidité, à la vérité de la science.

Or, combien de fois, surtout à notre époque, ce genre de sujétion est oublié ou dédaigné dans les recherches scientifiques!

Les preuves n'en sont que trop nombreuses.

Bien plus, c'est contre la foi et la saine raison que se dresse la science elle-même; abandonnant *Dieu, le maître de toute science*, confiante en ses seules forces, elle tombe infailliblement dans ce matérialisme qu'on ne saurait trop déplorer et qui, personne ne l'ignore,

vertuntur acriterque cruciantur. In Alberto Magno autem scientiae humanae divinaeque radii mirabiliter conveniunt, ac circa ipsum lucentem aureolam efformant.

Ipse suo praeclarissimo exemplo omnes admonet, inter scientiam et fidem, veritatem inter et bonum, inter doctrinam et sanctitatem, nullam existere oppositionem, intimam potius cohaesionem adesse, Ita etiam, sicuti Sanctus Hieronymus e deserto, ipse Albertus suis mirabilibus scriptis tamquam potenti voce, fortiter conclamat atque uberrime demonstrat, scientiam veri nominis et fidem vitamque ex fide sancte actam concorditer in hominibus vigere posse, immo debere, cum fides supernaturalis complementum perfectionemque scientiae validissime communicet.

Neque enim, ut athei diebus vel nostris circumferunt, per christianam disciplinam et christianae perfectionis studium destruuntur vel franguntur hominis indoles aut robur voluntatis, civilis actuositas, humani ingenii nobilitas; sed contra evincitur gratia naturam perficere, eamque evolvere evelere ac mire nobilitare.

---

entraîne la ruine des mœurs et d'innombrables maux sur le terrain économique; de là viennent, chez presque tous les peuples, en même temps que la corruption, des souffrances aiguës.

Dans Albert le Grand, bien au contraire, les clartés des sciences tant humaines que divines se fondent dans une admirable union et le nimbe d'une radieuse auréole.

Par son exemple magnifique, il nous avertit qu'entre la science et la foi, entre la vérité et le bien, entre les dogmes et la sainteté, il n'existe aucune espèce d'opposition, bien plus, qu'il existe entre eux une intime cohésion.

Telle que la voix de saint Jérôme dans son désert, la voix puissante d'Albert le Grand se fait entendre en ses œuvres admirables; elle nous crie de toutes ses forces, elle nous démontre surabondamment que la science véritable ainsi que la foi et une vie réglée sur la foi se peuvent concilier dans l'esprit des hommes, qu'elles y sont même obligées, car la foi surnaturelle est tout à la fois le complément et le terme le plus parfait de la science.

Car il est faux, comme les athées le répètent encore de nos jours, que la discipline chrétienne et la recherche de la perfection chrétienne énervent ou brisent le génie personnel, la vigueur de la volonté, l'activité politique, la noblesse de l'esprit humain; il est, au contraire, bien démontré que la grâce est le moyen qui parfait la nature, la développe, la relève et lui donne son admirable noblesse.

Quibus omnibus mature perpensis, quo Magnus hic Albertus iure meritoque Sancti appellatione honoribusque ab omnibus christifidelibus magis magisque colatur, idemque, veluti lucerna super candelabrum posita, in universa Ecclesia clariore luce elucescat, ac ita illud suppleremus quod ad eiusdem Alberti gloriam adhuc deesse videretur, desiderium quoque Nostrum in dies succrescens, per aequipollentem canonizationem, tandem explendum duximus.

Cum igitur ad tantum eventum tempora nostra satis matura videantur, cumque in hoc negotio omnes conditiones reperiantur ab antiquissimo Ecclesiae usu ac iure in similibus adiunctis requisitae, specialem normam viamque adhibere decrevimus, quam plures Praedecessores Nostri iam pro aliorum Servorum Dei canonizatione nonnumquam adhibendam censuerunt.

Itaque rem totam SS. Rituum Congregationi expediendam commisimus; ac proinde dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales eidem Sacrae Congregationi praepositi, in ordinario coetu die decima quinta mensis huius Decembris habito, audita dilecti filii Nostri Francisci Cardinalis Ehrle, Causae Ponentis, relatione; attenta historicae Sectionis de vitae sanctitate Beati

Tout ceci mûrement considéré, afin qu'Albert le Grand soit dûment, légitimement et toujours mieux honoré du titre de saint par tous les chrétiens, que, semblable au flambeau posé sur le candélabre, il répande sur l'Eglise universelle une lumière toujours plus vive, et qu'ainsi Nous ajoutions à sa gloire ce qui paraissait lui manquer encore, Nous avons pensé devoir enfin satisfaire Notre propre désir, chaque jour plus vif, en le canonisant par équipollence.

Comme notre époque Nous semblait suffisamment mûre pour ce grand événement et comme, en l'espèce, toutes les conditions requises, depuis les temps les plus reculés, par les usages et les lois de l'Eglise en pareille circonstance se trouvent exister, Nous avons décidé d'adopter la règle spéciale et la voie que plusieurs de Nos prédécesseurs ont parfois jugé bon de suivre pour la canonisation d'autres serviteurs de Dieu.

Nous avons donc confié la solution de toute cette procédure à la Sacrée Congrégation des Rites. En conséquence de quoi Nos chers Fils cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, membres de cette Congrégation, en leur assemblée ordinaire du 15 de ce mois de décembre, ont le rapport de Notre cher Fils François, cardinal Ehrle, ponent de la cause, après étude de l'enquête officielle entreprise par la Section historique au sujet de la sainteté de vie du bienheureux

Alberti et de cultus legitimitate eidem exhibiti inquisitione ex officio, peracta; nec non sententia, scripto data, pariter ex officio, a duobus doctis viris, in operibus eiusdem Beati apprime versatis, super eius doctrina; audito quoque Officialium eiusdem Sacrae Rituum Congregationis Praelatorum voto, momentis omnibus sedulo perpensis, matureque discussis, unanimi consensu quotquot frequentes aderant, Nobis consulendum pro gratia concedenda censuerunt. Nos autem, die sequenti, idest hodie, de his omnibus relatione attente audita per dilectum filium Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, Nobis exhibita, in omnibus annuentes, Sacrae Congregationis votum libentissime excipiendum duximus. Suprema itaque Nostra Apostolica auctoritate praecipimus, ut Sancti Alberti Magni festum cum Officio et Missa de Confessore Pontifice, addito Doctoris titulo, sub ritu duplici minori, die eius natali, hoc est die decima quinta mensis Novembris, in universa Ecclesia singulis annis celebretur.

Quamplurimae ergo benignissimo Deo gratiae agantur, qui mirabili suae Providentiae consilio, per humilitatem Nostram coram militanti Ecclesia, Alberti Magni gloriam perficere

Albert et de la légitimité du culte qui lui était rendu, après lecture des conclusions écrites remises d'office par deux hommes doctes spécialement versés dans les œuvres du même Bienheureux, ou également le *votum* des consultants de cette même Sacrée Congrégation des Rites, toutes conditions ayant été attentivement scrutées et mûrement discutées, ont jugé, à l'unanimité de tous les membres présents, que Nous pouvions décider la concession de cette faveur.

Le jour suivant, c'est-à-dire aujourd'hui, ayant attentivement écouté le rapport qui nous était présenté sur cette délibération par Notre cher Fils Salvator Natucci, promoteur général de la Foi, ayant tout approuvé, Nous avons pensé devoir accueillir très favorablement le *votum* de la Sacrée Congrégation.

Par conséquent, de Notre souveraine autorité apostolique, Nous ordonnons que la fête de saint Albert le Grand, avec l'office et la messe de Confesseur Pontife, le titre de Docteur y étant joint, soit célébrée chaque année dans l'Eglise universelle suivant le rite double mineur, au jour de sa mort, c'est-à-dire le quinzième jour du mois de novembre.

Rendons maintenant de très nombreuses actions de grâces à l'infinie Bonté de Dieu qui, dans un admirable dessein de sa Providence et se servant de Notre humble personne, a daigné parfaire la gloire



dignatus est, ipsum nostra potissimum aetate veluti « lucernam luminosam corpus totius Ecclesiae tamquam sidus matutinum sua fecunditate illustrantem » (*Anonym. Ord. Praed.. saec. XIX*) ostendens, qui vere non soli sibi laboravit, *sed omnibus exquirentibus veritatem* (*Eccli. XXIV, 47*).

Adsit igitur Sanctus Albertus Magnus adprecator, qui sapientiam virtutemque a prima inventute exquirens, iugum Domini libenter ferens, instar Pauli Apostoli nihil sanctius habuit quam in captivitatem redigere omnem intellectum in obsequium Christi (*II Cor. x, 5*).

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia, apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula quae supra diximus confirmamus, roboramus, iterum statuimus ac praecipimus universaeque Ecclesiae catholicae denunciamus; mandantes ut earundem praesentium transumptis sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Nostris Litteris haberetur si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Litteras Nostras declarationis, decreti, mandati, et voluntatis, infringere vel

---

d'Albert le Grand aux yeux de l'Eglise militante en le montrant, surtout à notre époque, comme « un lumineux flambeau éclairant le corps de l'Eglise entière et, à l'instar de l'étoile du matin, l'illustrant par la fécondité »; car, à vrai dire, il travailla, non pour lui seul, *mais pour tous ceux qui cherchent la sagesse*.

Que saint Albert soit donc notre intercesseur, lui qui, recherchant la sagesse et la vertu dès ses jeunes années, portant joyeusement le joug du Seigneur, à l'exemple de l'apôtre saint Paul, n'eut pas de but plus saint que d'assujettir toute sa pensée à l'obéissance du Christ.

Toutes circonstances étant donc bien pesées, de science certaine, dans la plénitude de Notre autorité apostolique, Nous affirmons et confirmons tout et chaque point exposé ci-dessus. Nous décrétons en outre et ordonnons, promulguant cet ordre pour l'Eglise catholique tout entière, qu'aux copies ou exemplaires des Lettres présentes, de même qu'à leurs reproductions imprimées, signées pourtant de la main d'un des notaires apostoliques et munies de Notre sceau, on attribue absolument la même foi qu'à Nos Lettres originales, si elles étaient présentées ou montrées. Que si quelqu'un se permet d'enfreindre les déclarations, décret, prescription et volonté formulés dans ces présentes Lettres ou se montre assez téméraire pour y contredire ou

ausu temerario contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo primo, die decima sexta mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.

FR. ANDREAS card. FRUHWIRTH,  
*Cancellarius S. R. E.*

CAMILLUS card. LAURENTI,  
*S. R. C. Praefectus.*

VINCENTIUS BIANCHI-CAGLIESI,  
*Cancellariae Apost. Regens.*

IOSEPH WILPERT,  
*Dec. Coll. Prot. Ap.licorum.*

ALFONSUS CARINCI, *Prot. Ap.licus.*

Can. ALFRIDUS LIBERATI, *Canc. Apost. Adiutor a studiis.*

GEORGIUS STARA-TEDDE, *Canc. Apost. Adiutor a studiis.*

#### EXPEDITA

die trigesima mensis decembris, anno decimo.

ALFRIDUS MARINI, *Plumbator.*

*Reg. in Canc. Ap. vol. XLV, n. 3. — M. RIGGI.*

pour les altérer, qu'il se sache encourir la colère de Dieu tout-puissant et des bienheureux Apôtres Pierre et Paul.

Donné à Rome, auprès de Saint-Pierre, en l'année du Seigneur mil neuf cent trente et un, le seizième jour du mois de décembre, en la dixième année de Notre Pontificat.

Moi, PIE, *évêque de l'Eglise catholique.*

FR. ANDRÉ FRUHWIRTH,  
*Chancelier de la S. E. R.*

CAMILLE card. LAURENTI,  
*préfet de la S. C. R.*

VINCENT BIANCHI-CAGLIESI,  
*Régent de la Chancellerie Apost.*

JOSEPH WOLPERT,  
*Doyen du Collège des prot. ap.*

ALPHONSE CARINCI, *prot. ap.*

Chan. ALFRED LIBERATI, *employé à la Chancellerie Apost.*

GEORGES STARA-TEDDE, *employé à la Chancellerie Apost.*

#### EXPEDIEES

le trente du mois de décembre de l'année dixième.

ALFRED MARINI, *plombeur.*

*Enreg. à la Chanc. Ap., vol. XIX, n. 3. — M. RIGGI.*

# LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES :

de Œcumenica Ephesina Synodo quindecim ante saeculis celebrata.

---

## PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Lux veritatis temporumque testis historia docet, si modo recte dispiciatur diligenterque exploretur, divinam illam a Iesu Christo datam pollicitationem : *Ego vobiscum sum... usque ad consummationem saeculi* (Matth. xxviii, 20) numquam Ecclesiae suae sponsae defuisse, adeoque numquam esse in posterum

---

## LETTRE ENCYCLIQUE

AUX PATRIARCHES, PRIMATS, ARCHEVÊQUES, ÉVÊQUES ET AUTRES ORDINAIRES DE LIEU, EN PAIX ET COMMUNION AVEC LE SIÈGE APOSTOLIQUE.

au sujet du Concile œcuménique d'Éphèse tenu il y a quinze siècles.

---

## PIE XI, PAPE

VÉNÉRABLES FRÈRES, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE. ,

La lumière de la vérité et le témoignage des siècles, c'est-à-dire l'histoire, nous enseignent, à condition d'y apporter un jugement sage et des recherches diligentes, que la divine promesse donnée par Jésus-Christ : *Je suis avec vous... jusqu'à la fin du monde*, n'a jamais cessé de se réaliser pour son Epouse, l'Eglise, et qu'à l'avenir cette promesse ne lui fera non plus jamais défaut.

defuturam. Quin immo, quo asperioribus fluctibus divina Petri navis per saeculorum decursum iactatur, eo praesentius experitur atque validius caelestis gratiae auxilium. Quod quidem prima potissimum Ecclesiae aetate contigit, non modo cum christianum nomen execrabile habebatur piaculum, capite damnandum, sed etiam cum per haereticorum perfidiam, in orientalibus praesertim regionibus grassantium, germana Christi fides perturbata in gravissimum incidit discrimen. Quemadmodum enim catholici nominis insectatores, alius ex alio, misere praeterierunt, ipsumque corruit Romanorum imperium, ita haeretici omnes, veluti exarescentes palmites (Cf. *Ioan.* xv, 6) a divina vite revulsi, non vitae umorem haurire, non fructus facere potuerunt.

At vero Ecclesia Dei, tot inter procellas ac collabentium rerum vices confisa unice Deo, nullo non tempore iter suum securo plenoque gradu persecuta est, ac sacrum evangelicae veritatis depositum, ipsimet a Conditore suo concreditum, integerrime strenueque tutari nunquam destitit.

Haec animo obversantur Nostro, Venerabiles Fratres, cum verba vobis facere per has litteras incipimus de laetissimo sane

Et même, plus furieuses sont les vagues qui battent au cours des siècles la nacelle divine de Pierre, plus se constatent la présence et l'efficacité de la grâce céleste.

Ainsi en fut-il surtout au commencement de l'Eglise, alors que non seulement le nom chrétien était considéré comme un crime exécrationnel méritant la mort, mais que de plus la perfidie hérétique, sévissant particulièrement dans les pays d'Orient, troublait la véritable foi du Christ au point de la mettre en très grand danger.

Car de même que les persécuteurs du catholicisme passaient misérablement l'un après l'autre, et que l'Empire romain lui-même s'écroulait, de même également tous les hérétiques, comme des sarments desséchés arrachés à la vigne divine, se mettaient par là dans l'impossibilité de puiser la sève de vie et de porter des fruits.

Cependant, au milieu de tant de tempêtes et de ruines, l'Eglise mettait sa confiance uniquement en Dieu, poursuivant sans cesse sa marche d'un pas assuré et ferme, en continuant toujours à garder avec énergie, dans son intégrité, le dépôt sacré de la vérité évangélique que lui avait confié son Fondateur.

Voilà à quoi nous pensons, Vénérables Frères, en commençant cette lettre sur l'heureux événement du quinzième centenaire du Concile

eventu, de Oecumenica nempe Synodo quindecim abhinc saeculis Ephesi celebrata; in qua profecto ut callida detecta est errantium protervitas, ita firmissima enituit Ecclesiae fides, caelesti ope suffulta.

Novimus quidem duo lectissimorum hominum Consilia hor-  
tatu Nostro constituta esse (Cf. *Epist. ad Emos Card. B. Pompilij et A. Sincero*, 25 Dec. 1930), ut saecularis eiusmodi commemo-  
ratio non, modo heic, in Urbe catholici orbis capite, sed ubi-  
cumque etiam gentium quam dignissime haberetur. Neque  
ignoramus quibus a Nobis peculiare hoc munus demandatum  
est, eosdem curis laboribusque non pepercisse ut salutare  
inceptum, pro virili cuiusque parte, proveheretur. De hac  
igitur animorum alacritate — cui, fere ubiq ue ac miranda  
prorsus consensione, sacrorum Antistites optimique e laicorum  
ordine viri ultro libenterque responderunt — gratulamur vehe-  
menter, quandoquidem vel in posterum ex ea haud mediocres  
confidimus in rem catholicam profecturas esse utilitates.

At eventum hoc et quae cum ipso coniunguntur gesta  
rerumque adiuncta intente Nos considerantes, Apostolico muneri,  
quo divinitus fungimur, consentaneum ducimus, ut Nosmet  
ipsi per Encyclicas has Litteras, sub ipsum celebrationis exitum,

---

œcuménique d'Ephèse, où non seulement a été mise à jour l'impu-  
dence astucieuse de ceux qui étaient dans l'erreur, mais où de plus  
la foi de l'Eglise, grâce au secours d'en haut, a brillé de façon  
invincible.

Nous savons que sur Notre conseil deux comités d'hommes éminents  
se sont constitués pour célébrer aussi solennellement que possible ce  
centenaire. non seulement dans la capitale de la catholicité, mais aussi  
partout ailleurs

Nous n'ignorons pas non plus que ceux à qui Nous avons confié  
cette charge spéciale n'ont épargné ni leurs peines ni leurs labours  
pour mener à bon terme, chacun dans la mesure de son pouvoir,  
l'œuvre si bien commencée. Pour cette activité enthousiaste —  
à laquelle les évêques et les meilleurs membres du laïcat ont répondu  
presque partout avec une unanimité vraiment admirable, — Nous les  
remercions grandement, et avons en même temps la confiance que  
des avantages considérables en résulteront pour la cause catholique  
dans l'avenir.

Or, en considérant attentivement cet événement et tous les faits et  
gestes qui l'accompagnent, Nous estimons qu'il convient à la charge  
apostolique que Nous exerçons de par Dieu de Nous entretenir avec

ac sacro redeunte tempore cum B. V. Maria nobis « edidit Salvatorem », de caussa sane gravissima vobiscum colloquamur. Spem enim fovemus bonam fore ut, non modo vobis vestratibus que grata sint atque utilia verba Nostra; sed etiam, si eadem quotquot ab Apostolica Sede dissident, fratres filii que Nobis dilectissimi, veritatis studio permoti recolant atque reputent, facere iidem non possint quin, historia magistra vitæ quodammodo perculsi, desiderio saltem afficiantur unius ovilis uniusque Pastoris, germanæque illius fidei amplectendæ, quæ in Romana Ecclesia tuta semper atque integra religiosissime servatur. Etenim in oppugnandæ Nestorianæ hæreseos ratione, quam conciliares Patres secuti sunt inque tota Ephesina Synodo celebranda, tria præsertim, de quibus hic a Nobis potissimum agendum, catholiciæ Religionis dogmata in oculis omnium in suaque luce enituerent : scilicet, unam esse Iesu Christi personam, eandemque divinam; B. V. Mariam reapse ac vere Dei Genitricem esse ab omnibus agnoscendam atque venerandam; itemque divinitus inesse Romano Pontifici, cum de fide ac moribus caussa agatur, supremam, summam, nullique obnoxiam, in omnes ac singulos christifideles, auctoritatem.

---

vous de ce sujet si grave dans cette encyclique, maintenant que le centenaire touche à sa fin et que revient la solennité où la Sainte Vierge Marie nous « donna le Sauveur ».

Nous espérons bien que Nos paroles seront non seulement agréables et utiles à vous et à vos fidèles, mais encore que Nos frères et Nos fils très aimés qui vivent séparés du Siège apostolique, poussés par l'amour de la vérité, les méditeront et y réfléchiront. N'atoutiront-elles pas à obtenir même qu'à la lumière de l'histoire, qui est maîtresse de vie, naisse au moins en eux le désir du seul bercail de l'unique Pasteur, et du retour à la foi véritable que l'Eglise romaine garde très pieusement en toute sûreté et intégrité ?

Dans la lutte que les Pères conciliaires ont, en effet, poursuivie contre l'hérésie nestorienne et dans la célébration entière du Concile d'Ephèse, trois dogmes de la religion catholique — les trois dogmes dont Nous allons parler plus spécialement — ont brillé aux yeux de tous, dans leur lumière particulière : à savoir que la personne du Christ est une et divine; que la Sainte Vierge Marie doit être reconnue et vénérée par tous comme réellement et vraiment Mère de Dieu; que le Pontife de Rome, lorsqu'il traite de la foi et des mœurs, jouit de la part de Dieu, à l'égard de chacun et de tous, d'une autorité suprême, souveraine et indépendante.

## I

Rem igitur ex ordine persequamur, Nostram initió facientes illam Apostoli gentium ad Ephesios sēntentiam admonitionemque : ... *Occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi : ut iam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus : ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subnivationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in charitate.* (Ephes. iv, 13-16.)

Quae quidem apostolica hortamenta quemadmodum Ephesinae Synodi Patres mirabili ea animorum coniunctione secuti sunt, ita velimus omnes, nullo habito discrimine, praeiudicatisque reiectis opinionibus, veluti sibimet data ipsis accipiant et in usum feliciter deducant.

Totius controversiae, ut omnes norunt, Nestorius auctor fuit; non quod ipse novam ingenio studioque suo pepererit doctrinam,

## I

Abordons maintenant le sujet avec ordre et commençons en faisant Nôtre cet avertissement de l'Apôtre des gentils aux Ephésiens : *Jusqu'à ce que nous soyons tous parvenus à l'unité de la foi et de la connaissance du Fils de Dieu, à l'état d'homme fait, à la mesure de la stature parfaite du Christ, afin que nous ne soyons plus des enfants, flottants et emportés à tout vent de doctrine, par la tromperie des hommes, par leur astuce pour induire en erreur; mais que, confessant la vérité, nous continuions à croître à tous égards dans la charité en union avec celui qui est le chef, le Christ. C'est de lui que tout le corps, coordonné et uni par les liens des membres qui se prêtent un mutuel secours et dont chacun opère selon sa mesure d'activité, grandit et se perfectionne dans la charité.*

De même que les Pères du Concile d'Ephèse ont obéi à ces avertissements apostoliques dans une unanimité de cœur admirable, de même souhaitons-Nous que tous, sans aucune distinction, rejetant préjugés et opinions, considèrent ces paroles comme adressées à eux-mêmes et que tous les mettent heureusement en pratique.

L'auteur de toute la controverse, tout le monde le sait, fut Nestorius, non pas qu'il ait créé par son intelligence et ses études une nouvelle

cum potius eam a Theodo Mopsuesteno episcopo mutuatus sit, eamque fusius enucleatam novitatisque specie indutam magno cum verborum sententiarumque apparatu, ut erat dicendi copia praestans, efferre omnique nisu evulgare coeperit. Is Germaniciae ortus, in Syriae oppido, adulescens Antiochiam concessit, ut inibi a sacris profanisque disciplinis instrueretur. Hac in urbe, id aetatis celeberrima, monasticam primum vitam ingressus est, ac dein, qua erat animi mobilitate, ab instituto discedens ac presbyter factus, in concionandi munere, magis hominum plausus quam Dei gloriae cupidus, totus fuit. Eius autem eloquentiae fama tam caluit vulgo, tam longe lateque increbruit, ut Constantinopolim vocatus, tunc temporis suo viduatam Pastore, haud mediocri cum omnium expectatione episcopali dignitate auctus fuerit. Hac in sede, sane praeclarissima, nedum perversis doctrinae suae commentis abstinuerit, maiore potius cum auctoritate animique iactantia, eadem docere ac pervulgare non destitit.

Iuvat heic, ad caussam recte intellegendam, praecipua Nestoriana haereseos capita paucis attingere. Elatissimus nempe vir, duas integras hypostases, humanam scilicet Iesu et divinam

---

doctrine — puisqu'il l'a plutôt empruntée à l'évêque Théodore de Mopsueste, — mais c'est lui, servi par une grande facilité d'élocution, qui en commença de toutes ses forces la publication et la vulgarisation, en la développant davantage et en lui donnant un semblant de nouveauté par tout un attirail de paroles et de phrases.

Né à Germanicie, ville de Syrie, Nestorius se rendit tout jeune à Antioche pour y étudier les sciences profanes et sacrées.

En cette ville, très célèbre à cette époque, il embrassa d'abord la vie monastique; puis, par suite de son esprit changeant, il abandonna cet état, et, devenu prêtre, se consacra entièrement à la prédication, cherchant, plus que la gloire de Dieu, les applaudissements des hommes.

Sa réputation d'éloquence enflamma tellement la foule et se répandit si loin de tous côtés que, appelé à Constantinople, où l'évêque venait de mourir, il fut, de grands espoirs étant fondés sur lui, revêtu de la dignité épiscopale.

Mais même sur ce Siège, pourtant si glorieux, sans interrompre les néfastes explications de sa doctrine, il en continua l'enseignement et la vulgarisation avec encore plus d'autorité et d'orgueil.

Pour bien saisir la question, il est bon d'indiquer brièvement les principaux points de l'hérésie nestorienne. Plein d'orgueil, cet homme



Verbi in uno quodam communi « prosopo » (quem dicebat) convenisse reputans, miram illam substantialemque duarum naturarum unionem, quam hypostaticam vocamus, infitatus est, ideoque Unigenitum Dei verbum non hominem factum, sed in humana carne per inhabitationem, per beneplacitum, perque operationis virtutem fuisse asseveravit. Quapropter « Theophoron » seu deiferum, non Deum appellandum; haud multum quidem dissimili ratione, qua prophetae ceterique sancti homines, ob impertitam sibi divinam gratiam, deiferi vocari queunt.

Ex pravis hisce Nestorii commentis pronum erat duas agnoscere in Christo personas, divinam alteram, alteram humanam; itemque necessitate conseqebatur B. Virginem Mariam non vere Dei Genitricem esse, seu Theotocon, sed potius Christi hominis Matrem, seu Christotocon, vel, quod maximum, Theodocon, Dei scilicet susceptricem. (Cf. MANSI, *Conciliorum Amplissima Collectio*, IV, c. 1 007; SCHWARTZ, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, I, 5, p. 408.)

Scelestas huiusmodi dogmata, cum iam non tecte atque obscure a privato homine, sed palam aperteque ab ipso Constantinopolitanae sedis Episcopo conclamarentur, maximam commoverunt in orientali praesertim Ecclesia, animum per-

---

pensait que deux hypostases parfaites, c'est-à-dire l'humaine de Jésus et la divine du Verbe, s'unissaient dans un certain « prosôpon » commun — ainsi disait-il, — niant de la sorte l'admirable union des deux natures, que Nous appelons hypostatique; il affirmait par suite que le Verbe unique de Dieu ne s'était pas fait homme mais se trouvait présent dans le corps humain par habitation, par son bon vouloir, par la vertu de son opération. D'où il ne fallait pas l'appeler Dieu, mais bien *Theophoros* ou déifère, à peu près de la même façon qui permet d'appeler les prophètes et les autres saints déifères, à cause de la grâce divine qui leur est donnée.

Ces funestes doctrines de Nestorius aboutissaient à reconnaître deux personnes dans le Christ, l'une divine et l'autre humaine; ainsi s'en-suivait-il nécessairement que la Sainte Vierge Marie n'était pas vraiment la Mère de Dieu ou *Theolocos*, mais plutôt la Mère du Christ-Homme ou *Christolocos*, ou au plus celle qui a reçu Dieu ou *Theodocos*.

Ces dogmes impies, qui étaient prêchés non seulement de façon cachée et voitée par un homme particulier, mais publiquement et ouvertement par l'évêque lui-même de Constantinople, produisirent, principalement dans l'Eglise orientale, un trouble énorme.

turbationem. Atque inter Nestorianaë hæreseos oppugnatores, qui neque in ipsa urbe orientalis Imperii capite defuere, principem procul dubio locum obtinet sanctissimus ille vir ac catholice integritatis vindex, Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. Is enim, vixdum pravam comperit Episcopi Constantinopolitani sententiam, ut erat non modo filiorum suorum, sed errantium etiam fratrum studiosissimus, et coram suis orthodoxam fidem strenue tuitus est, et datis ad Nestorium litteris, eum fraterno animo ad catholice veritatis normam reducere conatus est.

Ast, cum impensum hunc caritatis nisum irritum fecisset indurata Nestorii pertinacia, Cyrillus, ut Romanæ Ecclesiæ auctoritatis probe conscius, ita acerrimus adsertor, noluit ipsemet rem ulterius persequi et in causa sane gravissima, sententiam ferre, quin prius ab Apostolica Sede poposcisset habuissetque iudicium. « Beatissimo » igitur « Deoque dilectissimo Patri Cælestino » observantissimas dedit litteras, in quibus, filii animo, hæc inter alia habet : « Vetus Ecclesiarum consuetudo suadet, ut eiusmodi res Sanctitati Tuæ communicentur... » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1011.) « Non prius autem illius (Nestorii) communionem palam aperteque deserimus, quam hæc ipsa

---

Parmi les adversaires de l'hérésie nestorienne, qui ne manquèrent point dans la capitale même de l'Empire d'Orient, celui qui tenait sans aucun doute le premier rang, homme d'une haute sainteté et vengeur de l'intégrité catholique, c'était Cyrille, patriarche d'Alexandrie. C'est lui, en effet, qui à la première nouvelle de l'enseignement impie de l'évêque de Constantinople, plein de zèle non seulement pour ses fils, mais encore pour tous ses frères qui étaient dans l'erreur, prit la défense intrépide de la foi orthodoxe auprès de ses fidèles, et, dans une lettre adressée à Nestorius, s'efforça avec une fraternelle charité de le ramener à la norme de la vérité catholique.

Mais cet effort charitable fut inutile par suite de l'obstination indomptable de Nestorius. Alors Cyrille, à la fois parfaitement informé et invincible défenseur de l'autorité de l'Eglise romaine, ne voulut pas lui-même pousser plus loin la discussion et porter une sentence dans une cause aussi grave avant d'avoir sollicité et obtenu le jugement du Siège Apostolique.

C'est pourquoi il envoya au « Très Saint » et au « Père très aimé de Dieu, Célestin », une lettre pleine de déférence dans laquelle, comme un fils, il disait entre autres choses : « L'antique coutume des Eglises me pousse à communiquer ces choses à Votre Sainteté » ; « Nous n'avons pas voulu abandonner sa communion avant de mani-

pietati Tuæ indicaremus. Digneris proinde quid hic sentias præscribere, quo liquido nobis constet, communicare ne nos cum illo oporteat, an vero libere eidem denuntiare, neminem cum eo communicare, qui eiusmodi erroneam doctrinam fovet ac prædicat. Porro Tuæ integritatis mens et super hac re sententia, piissimis Deoque devotissimis Macedoniae Episcopis, necnon totius Orientis Antistitibus perspicue per litteras exponi debet. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1015.)

Neque supremæ Romani Episcopi in universam Ecclesiam auctoritatis ignarus erat Nestorius. Siquidem, plus semel ad Cælestinum datis litteris, et doctrinæ suæ rationem probare et sanctissimi Pontificis præoccupare sibi que conciliare animum nisus est. At incassum; quandoquidem incomposita ipsa hæresiarchæ verba haud leves præ se ferebant errores, quod simul ac clare dispexit Apostolicæ Sedis Antistes, statim, medicinæ manum admovens, ne hæreseos lues evaderet cunctatione periculosior, synodali iudicio inquisitos sollemniter reprobavit et ab omnibus reprobandos decrevit.

Atque heic intentè animadvertatis cupimus, Venerabiles Fratres, quantopere, hac in caussa, Romani Pontificis agendi ratio

fester toutes ces choses à votre piété. Daignez donc nous faire connaître ce qui vous en semble et nous dire si nous devons communier avec lui, ou déclarer ouvertement que personne ne peut garder la communion avec un homme qui a une telle croyance et professe un tel enseignement. La volonté de Votre Sainteté et votre jugement sur cette cause doivent donc être très clairement exprimés aux très pieux et très religieux évêques de la Macédoine et aux évêques de tout l'Orient. »

Nestorius, de son côté, n'ignorait pas non plus l'autorité suprême de l'évêque de Rome sur l'Eglise universelle. Si bien que plus d'une fois il écrivit à Célestin, s'efforçant de lui prouver le bien-fondé de sa doctrine, de le gagner et de se concilier sa faveur. Ce fut en vain, car les écrits même de l'hérésiarque contenaient de graves erreurs.

Celui qui occupait alors le Siège Apostolique les discerna immédiatement et clairement, et sans retard prit les moyens nécessaires à la guérison. Afin d'éviter qu'une hésitation n'aggravât la peste de l'hérésie, juridiquement un synode les examina, les condamna solennellement et décréta que tous les condamnassent également. Et à ce propos Nous voulons, Vénérables Frères, que vous observiez attentivement comment, en cette cause, la façon d'agir du Pontife romain diffère de celle de l'évêque d'Alexandrie.

ab ea differat, quam Alexandrinus Episcopus secutus fuerat. Hic enim, quamvis sedem obtineret, quae in orientali Ecclesia haberetur prima, noluit tamen, ut diximus, ipsemet gravissimam de catholica fide controversiam ante dirimere, quam cognitum omnino Apostolicae Sedis habuisset oraculum. Caelestinus contra, coacta Romae Synodo, reque mature perpensa, pro suprema sua atque absoluta in dominicum gregem universum auctoritate, haec de Constantinopolitano Episcopo deque eius doctrina statuit sollemniterque sanxit : « Aperte igitur » ita Nestorio scribit, « hanc nostram scias esse sententiam, ut nisi de Deo Christo nostro ea praedices, quae et Romana et Alexandrina et universalis Ecclesia catholica tenet, sicut et sacrosancta Constantinopolitanae urbis Ecclesia ad te usque optime tenuit, et hanc perfidam novitatem, quae hoc, quod venerabilis Scriptura coniungit, nititur separare, intra decimum diem a primo innotescentis tibi huius conventionis die numerandum aperta et scripta confessione damnaveris, ab universalis te Ecclesiae catholicae communionem deiectionem. Quam formam ad te nostri iudicii per memoratum filium meum Possidonium diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memo-

---

Celui-ci, en effet, bien qu'il eût obtenu le Siège qui dans l'Eglise orientale passe pour le premier, ne voulut pas cependant, comme Nous l'avons dit, trancher de lui-même une controverse très grave relative à la foi catholique avant de connaître entièrement, sur ce point, la pensée du Siège Apostolique.

Célestin, au contraire, au synode réuni à Rome, et après une étude approfondie de la question, en vertu de sa suprême et absolue autorité sur le troupeau tout entier du Seigneur, décréta et promulgua solennellement ce qui suit au sujet de l'évêque de Constantinople et de sa doctrine : « Sache donc clairement, écrit-il à Nestorius, que Notre jugement est le suivant : Si tu ne prêches pas au sujet de notre Christ Dieu ce qu'enseignent l'Eglise romaine, celle d'Alexandrie et l'Eglise catholique universelle, comme l'a enseigné aussi excellemment jusqu'à toi l'Eglise très sainte de la ville de Constantinople, et si tu ne condamnes pas, par une confession publique et écrite, dans un délai de dix jours à compter du jour où cet avis te sera notifié, cette nouvelle et perfide doctrine qui tend à séparer ce que les vénérables Ecritures ont uni, sache que tu es rejeté de l'Eglise catholique universelle.

» Nous faisons parvenir, par l'intermédiaire de Notre fils le diacre Posidonius, mentionné ci-dessus, cet énoncé de Notre jugement sur

ratae Alexandrinae urbis Antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius rettulit, destinavimus, ut agat vice nostra, quatenus statutum nostrum vel tibi vel universis fratribus innotescat; quia omnes debent nosse quod agitur, quoties omnium causa tractatur. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1034, sq.)

Quam quidem sententiam Romanus Pontifex Alexandrino Patriarchae gravibus hisce verbis exsequendam mandavit : « Auctoritate igitur tecum nostrae sedis ascita, nostra vice usus, hanc exsequeris districto vigore sententiam, ut aut intra decem dies ab huius conventionis die numerandos, pravas praedicationes suas scripta professione condemnet, et hanc se de nativitate Christi Dei nostri fidem tenere confirmet, quam et Romana et tuae sanctitatis Ecclesia et universalis devotio tenet; aut nisi hoc fecerit, mox sanctitas tua illi Ecclesiae provisura, a nostro eum corpore modis omnibus sciat esse removendum. » (MIGNE, *P. L.*, 50, 463; cf. MANSI, *loc. cit.*, IV, 1019 sq.)

At nonnulli superioris recentiorisque aetatis scriptores, luculentissimam documentorum, quae rettulimus, auctoritatem veluti eludere conantes, hanc de re universa protulerunt sententiam, saepenumero non sine elatioris animi iactantia. Esto

---

toi, ainsi que tous les documents qui s'y rapportent à Notre saint collègue l'évêque de la ville d'Alexandrie déjà désigné, qui Nous a pleinement renseigné sur ce litige, afin qu'en Notre nom il agisse et te fasse connaître à toi ainsi qu'à tous les frères ce que Nous avons décidé, car tous doivent être informés chaque fois qu'il s'agit de l'intérêt général. »

Cette sentence, le Pontife romain ordonna au patriarche d'Alexandrie d'en assurer l'exécution par ces graves paroles : « En vertu donc de l'autorité que tu détiens de Notre Siège, et en Notre nom, fais exécuter en toute rigueur la sentence suivante qui est la nôtre, à savoir que dans un délai de dix jours à partir du présent avis il doit condamner dans une confession écrite ses prédications erronées et confirmer qu'il professe au sujet de la naissance de notre Christ-Dieu la doctrine qui est celle de l'Eglise romaine, celle de l'Eglise de ta sainteté et celle de la piété universelle; et s'il n'obéit pas, qu'il sache que ta sainteté, chargée de gouverner cette Eglise, l'exclura sans tarder de la façon la plus absolue de notre communion. »

Cependant, plusieurs auteurs anciens et modernes, comme pour éluder l'autorité si probante des documents que Nous avons rapportés, ont formulé leur opinion sur toute cette affaire, non sans manifester

quidem, ita inconsulto effutiunt, Romanum Antistitem peremptorium edidisse iudicium atque absolutum, quod Alexandrinus Episcopus, pro sua in Nestorium similitate, provocaverit suumque libentissime fecerit; nihilo setius coactum postea Ephesi Concilium caussam ab Apostolica Sede iam iudicatam et omnino reprobam, iterum atque ex integro iudicavit, et quid esset ab omnibus de re sentiendum suprema statuit auctoritate sua. Ex quo colligi arbitrantur Oecumenicum Concilium iuribus pollere Romani Episcopi auctoritate omnino potioribus atque validioribus.

Quod tamen eos et perperam moliri et fucata veritatis specie effingere nemo est qui non videat, dummodo ad historiae fidem alienoque prorsus a praeiudicatis opinionibus animo in rerum gesta litterarumque monumenta diligenter introspectat. Etenim animadvertendum primo est, cum Theodosius Imperator, Valentiniani etiam conlegae sui nomine, Oecumenicam Synodum indixerit, nondum Caelestini sententiam Constantinopolim allatam esse, adeoque inibi neququam fuisse cognitam. Praeterea, cum indictam ab Imperatoribus Ephesinam Synodum Caelestinus comperisset, minime suscepto eiusmodi consilio

---

souvent une orgueilleuse suffisance. Admettons, prétendent-ils inconsidérément, que le Pontife romain ait formulé un jugement péremptoire et absolu, que l'évêque d'Alexandrie provoqua, à cause de son opposition à Nestorius, et s'appropriâ si volontiers; il n'en reste pas moins vrai que le Concile, réuni postérieurement à Ephèse, jugea, à nouveau et totalement, une cause déjà jugée et pleinement condamnée par le Siège Apostolique, et qu'il décida de sa suprême et propre autorité ce que chacun devait penser de cette affaire. D'où ils estiment pouvoir conclure que le Concile œcuménique jouit en tout de droits plus grands et plus puissants que l'évêque de Rome.

Mais il n'est personne qui ne voie — s'il considère les faits et les documents écrits en historien et avec l'esprit entièrement dégagé d'opinions préconçues — que c'est là émettre un jugement erroné et avancer des choses fausses sous une apparence de vérité.

Il faut, en effet, remarquer premièrement que lorsque l'empereur Théodose, agissant également au nom de son collègue Valentinien, convoqua le Concile œcuménique, la sentence de Célestin n'était pas encore parvenue à Constantinople, et qu'elle n'y était donc nullement connue.

En second lieu, lorsque Célestin apprit que le Concile d'Ephèse allait se réunir sur l'ordre des empereurs, il ne manifesta aucun sen-

obstitit; quin immo, datis litteris ad Theodosium (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1291) et ad Alexandrinum Antistitem (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1292), et huiusmodi dilaudavit propositum et legatos suos, qui Concilio praeessent, Cyrillum scilicet Patriarcham, Arcadium et Proiectum Episcopos ac Philippum presbyterum, delegit ac renuntiavit. In hac tamen agendi ratione Romanus Pontifex non caussam adhuc iniudicatam arbitrio Concilii reliquit, sed revera manentibus, ita ipsemet, « quae a nobis antea statuta sunt » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1287) ita conciliaribus Patribus ab se latam sententiam exsequendam mandavit, ut iidem, si fieri posset, conlatis inter se consiliis admotisque ad Deum precibus, errantem Constantinopolitanae sedis Episcopum ad unitatem fidei reducere contenderent. Ita enim Cyrillo, a Pontifice percontanti quomodo se in negotio gereret, scilicet « utrum sancta Synodus recipere debeat hominem a se praedicata damnantem; an, quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret », Caelestinus rescribit : « Tuae sit hoc sanctitatis cum venerando fratrum Concilio ut orti in Ecclesia strepitus comprimantur, et finitum, Deo iuvante, negotium votiva correctione discamus. Conventui autem nos deesse non dicimus,

---

timent d'opposition; au contraire, il envoya des lettres à Théodose et à l'évêque d'Alexandrie, approuvant ainsi le projet; de plus, il choisit et envoya ses légats, qui devaient présider le Concile, c'est-à-dire le patriarche Cyrille, les évêques Arcadius et Projectus, et le prêtre Philippe. Mais, en agissant ainsi, le Pontife romain n'abandonne pas le jugement de l'affaire au Concile, comme s'il s'agissait d'une question non encore jugée, mais il maintient au contraire, suivant ses propres termes, « la décision prise antérieurement par Nous »; il confie l'exécution de la sentence portée par lui-même aux Pères du Concile, leur demandant d'unir leurs conseils et leurs prières à Dieu pour ramener, si faire se peut, à l'unité de la foi l'évêque égaré du siège de Constantinople.

A Cyrille qui demandait au Pontife comment il devait se comporter dans cette affaire, c'est-à-dire « si le saint Concile devait recevoir cet homme au cas où il regretterait ses prédications; et si, le temps accordé pour l'amendement étant écoulé, la sentence récemment portée gardait son efficacité », Célestin écrivit : « Il appartient à ta Sainteté, d'accord avec le vénérable Concile des Pères, de réprimer les troubles suscités dans l'Eglise et de Nous faire savoir que, Dieu aidant, l'affaire s'est terminée avec la correction voulue. Pour Nous, Nous ne dirons pas que Nous avons été absent du Concile, Nous ne pouvons, en effet, en quelque lieu que Nous soyons, ne pas être auprès de ceux auxquels

neque enim ab his absentes esse possumus, quibus nos ubicumque positus, fides tamen una coniungit... Illic sumus, quia quod illic pro omnibus agitur, cogitamus; spiritualiter agimus, quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicae, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit aegritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere forsitan deesse videamur... Probet nos veloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, quando sibi etiam remedium cognoscat oblatum. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1292.)

Atsi haec Caelestini verba paternum illius ostendunt animum, ac luculentissime testantur nihil eum habuisse antiquius quam ut germanae fidei lumen obcaecatis mentibus affulgeret, adeoque errantium reditu laetaretur Ecclesia; verumtamen quae legatis suis ipsemet praescripsit Ephesum proficiscentibus, eiusmodi profecto sunt ut illam patefaciant Pontificis curam sollicitudinemque, qua divinitus accepta Romanae Sedis iura sarta tectaque iusserit esse servanda. Haec enim inter alia habet: « Auctoritatem Sedis Apostolicae custodiri debere mandamus; siquidem et instructiones, quae vobis traditae sunt, hoc loquantur, ut interesse conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis iudicare debeatis, non subire certamen. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 556.)

---

la même foi Nous unit... Nous sommes là-bas, parce que Nous pensons à ce qu'on y discute dans l'intérêt de tous; Nous accomplissons en esprit ce que l'on ne Nous voit pas faire corporellement. Je me préoccupe de la tranquillité catholique, je me préoccupe de celui qui va périr, il suffit qu'il avoue sa maladie. Nous parlons ainsi afin qu'on ne croie pas que Nous voulons faire défaut à celui qui veut se corriger... Qu'il constate que Nous ne mettons aucune hâte à verser le sang, puisqu'il a connaissance d'un remède propre à le guérir. »

Ces paroles attestent excellemment l'esprit paternel de Célestin et son désir le plus ardent de voir luire pour les yeux aveuglés la lumière de la foi, et l'Eglise réjouie par le retour des égarés. Cependant les prescriptions qu'il donna à ses légats à leur départ pour Ephèse, démontrent clairement avec quel souci et avec quelle sollicitude le Pontife ordonna de maintenir intacts les droits divins du Siège romain. Il leur recommande, en effet, entre autres :

« Nous vous ordonnons de maintenir l'autorité du Siège Apostolique, car les instructions qui vous ont été données veulent que vous soyez présents au Concile et que, si l'on en vient à la discussion, vous jugiez vous-mêmes la discussion et ne subissiez pas la contradiction. »



Neque aliter se gesserunt legati, annuentibus sane sacrae Synodi Patribus. Siquidem, absolutissimis, quae supra memoravimus, Pontificis mandatis firmiter fideliterque obsecuti, cum Ephesum, peracta iam actione prima iidem pervenissent, ea omnia quae in superiore coetu decreta essent, sibi reddenda esse expostularunt ut, Apostolicae Sedis nomine, confirmata rataque haberentur : « Rogamus ut ea nobis patefieri mandetis, quae ante adventum nostrum in sancta hac Synodo acta sunt, quo iuxta beati Papae nostri praesentisque huius sancti coetus sententiam nos quoque confirmemus... » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1290.)

Ac Philippus presbyter coram Concilio universo praeclaram illam pronuntiavit de Romanae Ecclesiae primatu sententiam, quam ipsa refert dogmatica Vaticanae Synodi Constitutio *Pastor Aeternus*. (*Conc. Vatic.*, sess. IV, c. II.) Scilicet : « Nulli dubium, imo saeculis omnibus notum est, quod sanctus beatissimusque Petrus Apostolorum princeps et caput, fideique columna, et Ecclesiae catholicae fundamentum, a Domino nostro Iesu Christo, Salvatore humani generis ac Redemptore, claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est : qui ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivit et iudicium exercet. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1295.)

Telle fut bien la conduite des légats, avec le plein consentement des Pères du Concile. Observant, en effet, avec autant de fidélité que de fermeté les ordres très formels du Pontife, ils demandèrent, en arrivant à Ephèse, alors que la première session était déjà terminée, qu'on leur remit tout ce qui avait été décrété au cours de cette précédente session, afin de le confirmer et ratifier au nom du Siège Apostolique : « Nous demandons que vous nous exposiez ce qui a été fait avant notre arrivée dans cette sainte assemblée, afin que nous le confirmions également suivant la volonté de notre bienheureux Pape et en présence des membres de ce saint Concile. »

De plus, le prêtre Philippe, en présence de tout le Concile, prononça la fameuse déclaration sur la primauté de l'Eglise romaine, que reproduit la Constitution dogmatique elle-même *Pastor aeternus* du Concile du Vatican.

En voici les termes : « Personne ne met en doute, bien plus, tous les siècles savent que le très bienheureux Pierre, prince et chef des Apôtres, colonne de la foi et fondement de l'Eglise catholique, a reçu de Notre-Seigneur Jésus-Christ, Sauveur et Rédempteur du genre humain, les clés, et que c'est à lui qu'a été donné le pouvoir de délier et de lier les péchés, à lui qui a vécu jusqu'à ce jour et vit toujours dans ses successeurs et exerce le pouvoir de juger. »

Quid amplius? Numquid Oecumenici Concilii Patres huic Caelestini eiusque legatorum agendi rationi obstiterunt, vel aliquo pacto adversati sunt? Minime prorsus. Quin immo litterarum monumenta supersunt, quae suam ipsorum observantiam reverentiamque apertissime ostendunt. Etenim in secunda sacrae Synodi actione cum pontificii legati, Caelestini litteras perlegentes, haec inter alia edicerent : « Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres et consacerdotes nostros unanimes nobis et probatissimos viros Arcadium et Proiectum Episcopos et Philippum presbyterum nostrum, qui iis, quae aguntur, intersint, et ea, quae a nobis antea statuta sunt, exsequantur; quibus praestandum a vestra sanctitate non dubitamus assensum... » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1287); tantum abest ut conciliares Patres hanc veluti supremi iudicis sententiam infitiat sint, ut potius eam una voce dilaudantes, Romanum Pontificem amplissimis hisce acclamationibus consalutaverint : « Hoc iustum iudicium! Novo Paulo Caelestino, novo Paulo Cyrillo, Caelestino custodi fidei, Caelestino cum Synodo concordi, Caelestino universa Synodus gratias agit; unus Caelestinus, unus Cyrillus, una fides Synodi, una fides orbis terrarum. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1287.)

---

Quoi de plus? Est-ce que les Pères du Concile œcuménique s'opposèrent à cette façon d'agir de Célestin et de ses légats? Est-ce qu'ils élevèrent quelque protestation? En aucune façon. Bien au contraire, des documents nous restent qui prouvent très clairement leur déférence et leur respect. En effet, lorsque, au cours de la deuxième session du Concile, les légats pontificaux, lisant la lettre de Célestin, affirmèrent entre autres : « Nous avons envoyé, dans Notre sollicitude, Nos saints frères et collègues dans le sacerdoce, les évêques Arcadius et Projectus, ainsi que Notre prêtre Philippe, hommes excellents et animés des mêmes sentiments que Nous, afin qu'ils interviennent dans vos discussions et exécutent ce qui a été antérieurement décidé par Nous, et aux instructions desquels, Nous n'en doutons pas, Votre Sainteté se fera un devoir de se conformer... »

Loin de s'insurger contre cette déclaration qui était celle d'un juge suprême, les Pères du Concile l'approuvèrent au contraire à l'unanimité et saluèrent le Pontife romain par ces acclamations enthousiastes : « Ce jugement est juste! A Célestin nouveau Paul, à Cyrille nouveau Paul, à Célestin gardien de la foi, à Célestin d'accord avec le Concile, à Célestin, le Concile tout entier rend grâces; un seul Célestin, un seul Cyrille, une seule foi au sein du Concile, une seule foi dans le monde entier. »

Ubi vero ad Nestorii damnationem reprobationemque ventum est, iidem conciliares Patres non libere sibi atque ex integro putant rem esse iudicandam, sed sese Romani Pontificis oraculo praeoccupatos atque « coactos » aperte profitentur : « Deprehendentes... ipsum (Nestorium) impie sapere et praedicare, coacti per sacros canones et per epistolam sanctissimi Patris nostri et comministri Caelestini, Romanae Ecclesiae Episcopi, lacrymis subinde perfusi, ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus, Igitur Dominus noster Iesus Christus, blasphemis illius vocibus impetitus, per sanctissimam hanc Synodum, eundem Nestorium episcopali dignitate privatum et ab universo sacerdotum consortio et coetu alienum esse definivit. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1294 sq.)

Atque idem omnino Firmus, Episcopus Caesariensis, in secunda Concilii actione, apertis hisce verbis, professus est : « Apostolica et Sancta Sedes, Caelestini sanctissimi episcopi per litteras, quas ad religiosissimos Episcopos... misit, etiam ante de praesenti negotio sententiam regulamque praescripsit, quam nos quoque secuti... quoniam Nestorius, a nobis citatus, non paruit, formam illam executioni mandavimus, canonicum apostolicumque iudicium in eum proferentes. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1287 sq.)

Cependant, dès qu'on en vient à la condamnation et à la réprobation de Nestorius, les mêmes Pères du Concile n'estiment pas qu'ils peuvent juger librement et en son intégrité l'affaire, mais ils avouent ouvertement qu'ils sont prévenus et « forcés » par la décision du Pontife romain : « Sachant... qu'il (Nestorius) pense et prêche d'une façon impie; étant tenus par les sacrés canons et par la lettre de notre très Saint Père et collègue Célestin, évêque de l'Église romaine, nous nous voyons dans l'obligation, les larmes aux yeux, de porter contre lui cette triste sentence. C'est pourquoi Notre-Seigneur Jésus-Christ, en butte à ses blasphèmes, par ce très saint Concile, a décrété de priver le même Nestorius de la dignité épiscopale et de l'exclure de toute réunion et de toute assemblée des prêtres. »

D'autre part, Firmus, évêque de Césarée, durant la seconde session du Concile, fit une profession de foi tout à fait identique, dans les termes suivants : « Le Saint Siège Apostolique, par le très saint évêque Célestin, dans la lettre adressée aux très pieux évêques... a formulé, précédemment, un jugement et une règle sur la présente affaire, auxquels nous nous sommes aussi conformés... Attendu que Nestorius, cité par nous, n'a pas comparu, nous avons ordonné d'exécuter la peine édictée, en proférant contre lui le jugement canonique et apostolique. »

Iamvero, quae alia ex aliis documenta adhuc a Nobis revocata sunt tam expresse significanterque evincunt communem iam tunc in universa Ecclesia viguisse fidem de Romani Pontificis in omnem Christi gregem auctoritate, nulli quidem subiecta ac falli nescia, ut eadem Nobis perspicuam illam atque dilucidam in mentem reducant Augustini sententiam, paucis ante annis de Zosimi papae per Epistulam Tractoriam iudicio in Pelagianos prolato : « In his verbis Apostolicae Sedis tam antiqua atque fundata, tam certa et clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare christiano. » (*Epist. CXC; Corpus Scriptorum ecclesiasticorum latinorum, LVII, p. 159 sq.*)

Atque utinam sanctissimus ille Hipponensis Episcopus in Ephesina Synodo interesse potuisset; quantopere, mira ingenii sui acie disceptationum discrimen perspicuens, catholicae veritatis dogmata inlustrasset, eaque animi sui fortitudine tuitus esset. Attamen, ubi Imperatorum legati Hipponem pervenerunt, qui invitationis litteras eidem redderent, nihil aliud superfuit, nisi ut praeclarum illud christianae sapientiae iubar exstinctum, eiusque sedem a Vandalis vastatam complorarent.

Nos non latet, Venerabiles Fratres, ex iis nonnullos, qui, nostra praesertim aetate, historiae pervestigationibus dant operam,

---

Les divers documents que nous avons rappelés établissent de façon si formelle et si explicite la foi qui était déjà en vigueur dans l'Eglise du Christ tout entière, au sujet de l'autorité indépendante et infallible du Pontife romain, qu'il nous revient à l'esprit cette nette et claire parole d'Augustin, sur le jugement porté peu d'années auparavant par le Pape Zosime contre les Pélagiens, dans sa lettre doctrinale : « Dans ces paroles, la foi catholique touchant le Siège Apostolique est si ancienne, si bien fondée, si certaine et si claire, qu'il n'est pas permis à un chrétien d'en douter. »

Plût à Dieu que le très saint évêque d'Hippone eût pu intervenir au Concile d'Ephèse! Comme il eût illustré, grâce à son admirable finesse qui lui faisait discerner le danger des controverses, les dogmes de la vérité catholique, et comme il les eût défendus avec la vigueur de son esprit! Malheureusement, lorsque les envoyés des empereurs arrivèrent à Hippone pour lui remettre les lettres d'invitation, ils ne purent que pleurer la mort de cet illustre flambeau de la sagesse chrétienne et la dévastation de son siège par les Vandales.

Nous n'ignorons pas, Vénérables Frères, que plusieurs de ceux qui de nos jours surtout s'adonnent aux recherches historiques tentent

totos esse non modo in Nestorio de haereseos labe purgando, sed etiam in sanctissimo illo Alexandrino episcopo Cyrillo idcirco iniquae simultatis accusando, quod Nestorium sibi invisum calumniatus sit, atque ob ea, quae non docuisset, ad eiusdem damnationem provocandam omnibus prorsus viribus contenderit. Quam quidem criminationem, sane gravissimam, iidem Constantinopolitani episcopi defensores beatissimo ipsi decessori Nostro Caelestino, cuius imperitia Cyrillus abusus esset, ac vel ipsi sacrosanctae Ephesinae Synodo non verentur inurere.

Verumtamen inani huiusmodi auso atque temerario universa reprobando reclamant Ecclesia, quae et nullo non tempore Nestorii damnationem agnovit iure meritoque prolatam, et Cyrilli doctrinam orthodoxam tenuit, et Ephesinum Concilium in Oecumenicis Synodis, Spiritu Sancto afflante, celebratis semper habuit atque nunquam non est venerata.

Etenim, ut bene multa mittamus atque luculentissima litterarum monumenta, omnes profecto norunt complures etiam Nestorii asseclas — qui rerum decursum suis oculis perspectum habuerant, quique nulla cum Cyrillo necessitudine iungebantur — quamvis ob Nestorii amicitiam, ob magnam scriptorum eius allecationem obque incensum ipsum discepta-

---

non seulement de laver Nestorius de toute tache d'hérésie mais encore d'accuser Cyrille, le très saint évêque d'Alexandrie, d'iniques ressentiments. Il aurait calomnié Nestorius, qu'il détestait, et aurait tout mis en œuvre pour provoquer une condamnation de doctrines que Nestorius n'aurait pas enseignées. Les défenseurs de l'évêque de Constantinople n'hésitent pas à porter cette très grave accusation contre Notre bienheureux prédécesseur Célestin lui-même, qui, à cause de son ignorance, aurait été abusé par Cyrille, et même contre le sacro-saint Concile d'Ephèse.

Pourtant, l'Eglise universelle réclame la réprobation de ces vains et téméraires efforts; elle a toujours, en effet, considéré la condamnation de Nestorius comme juste et méritée; elle a toujours jugé orthodoxe la doctrine de Cyrille et n'a jamais cessé de vénérer le Concile d'Ephèse, inspiré par l'Esprit-Saint, à l'égal des Conciles œcuméniques.

Car, sans citer tous les documents très nombreux et très clairs, il est connu de tous qu'un grand nombre des partisans de Nestorius — témoins oculaires n'ayant aucune relation avec Cyrille, — malgré l'amitié qui les liait à Nestorius, malgré l'attrait de ses œuvres litté-

tionum ardorem in adversam partem commoverentur, post tamen Ephesinam Synodum veluti luce veritatis percussos, Constantinopolitanum Episcopum haereticum iusta Ecclesiae lege vitandum pedetemptim deseruisse. Quos inter nonnulli superstites pro certo erant, cum decessor Noster f. r. Leo Magnus ita ad Paschasinum Lilybetanum episcopum, eundemque suum ad Chalcedonense Concilium legatum, scribebat : « Totam Constantinopolitanam Ecclesiam cum monasteriis omnibus et multis episcopis noveris praebuisse consensum, et subscriptionibus suis Nestorium atque Eutychem cum suis anathematizasse dogmatibus. » (MANSI, *loc. cit.*, VI, 124.) In dogmatica autem ad Leonem imperatorem epistula Nestorium apertissime tamquam haereticum et haereseos, magistrum, nemine refragante, redarguit; siquidem : « Anathematizetur ergo — inquit — Nestorius, qui beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo, credidit genitricem, ut aliam personam carnis faceret, aliam Deitatis, nec unum Christum in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis praedicaret. » (MANSI, *loc. cit.*, VI, 351-354.) Hoc item prorsus Chalcedonense Concilium, Nestorium iterum reprobando atque Cyrilli doctrinam

---

raires et l'ardeur enthousiaste de ses discussions contre la partie adverse, abandonnèrent peu à peu, comme poussés par la lumière de la vérité, après le Concile d'Ephèse, l'évêque hérétique de Constantinople que l'on devait éviter conformément au droit de l'Eglise.

Beaucoup d'entre eux devaient encore être en vie lorsque Notre prédecesseur de bienheureuse mémoire Léon le Grand écrivit de la façon suivante à son légat au Concile de Chalcedoine, Paschasinus de Lilybée : « Vous saurez que toute l'Eglise de Constantinople, tous ses monastères et de nombreux évêques, ont donné leur assentiment et ont souscrit aux anathèmes infligés aux doctrines de Nestorius et d'Eutychés. »

Et dans la lettre doctrinale à l'empereur Léon, le Pape montrait très nettement, et sans être contredit par personne, Nestorius comme hérétique et maître d'hérésie en disant : « Il faut donc anathématiser Nestorius, qui croyait que la Sainte Vierge Marie était non la Mère de Dieu, mais de l'homme seulement, qui forgeait une personne humaine et une personne divine, qui affirmait que le Verbe de Dieu et l'homme n'étaient pas un seul Christ, et qui prêchait qu'il y avait en lui séparément et diversement le Fils de Dieu et l'homme. » Tout le monde sait que le Concile de Chalcedoine, par une solennelle approbation,

dilaudando, sollemniter sanxisse nemo est qui ignoret. Ac sanctissimus decessor Noster Gregorius Magnus, vixdum ad beati Petri cathedram euectus est, in synodica sua ad orientales Ecclesias epistula, quatuor memoratis Oecumenicis Conciliis, Nicaeno nempe, Constantinopolitano, Ephesino atque Chalcedonensi, nobilissimam hanc de iisdem habet maximique momenti sententiam : « ... In his, velut in quadrato lapide, sanctae fidei structura consurgit, et cuiuslibet vitae atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. » (MIGNE, *P. L.*, LXXVII, 478; cf. MANSI, *loc. cit.*, IX, 1048.) Omnes igitur in comperto habeant Nestorium revera haeretica praedicasse commenta, Alexandrinum Patriarcham strenuum exstitisse catholicae fidei defensorem, ac Caelestinum Pontificem, una cum Ephesina Synodo, et avitam doctrinam tutatum esse et supremam Apostolicae Sedis auctoritatem.

## II

Iam nunc, Venerabiles Fratres, ad ea doctrinae capita altius investiganda gradum faciamus, quae Oecumenica Ephesina Synodus per ipsam Nestorii damnationem palam professsa est

---

a réprouvé une nouvelle fois Nestorius et a fait l'éloge de la doctrine de Cyrille.

Notre très saint prédécesseur Grégoire le Grand, à peine monté sur le Siège de Pierre, dans la lettre synodale adressée aux évêques d'Orient, où il rappelle les quatre Conciles œcuméniques de Nicée, de Constantinople, d'Ephèse et de Chalcedoine, écrit sur ces Conciles les très importantes et très nobles paroles que voici : « Dans ces Conciles l'édifice de la sainte foi a été bâti sur une pierre d'angle; par eux s'affirment la vie et l'action de chacun. Quiconque n'accepte pas leur validité, même s'il paraît être une pierre, git cependant hors de l'édifice. »

Tous doivent donc tenir avec certitude que Nestorius a vraiment enseigné des doctrines hérétiques; que le patriarche d'Alexandrie s'est montré un défenseur énergique de la foi catholique et que le Pape Célestin, et avec lui le Concile d'Ephèse, ont conservé la doctrine traditionnelle et l'autorité suprême du Siège Apostolique.

## II

Et maintenant, Vénérables Frères, passons à l'examen approfondi des points de doctrine que le Concile œcuménique d'Ephèse, par la condamnation de Nestorius, a ouvertement professés et sanctionnés

suaque auctoritate sanxit. Scilicet, praeterquam quod Pelagianam haeresim reprobavit eiusque damnavit fautores — quos inter et Nestorium fuisse non est dubium — illud potissimum in caussa fuit ac fere concorditer a Patribus sollemniterque confirmatum; videlicet impiam omnino esse ac Sacris Litteris repugnantem huius haeresiarchae sententiam, ideoque certum prorsus quod ipsemet renuebat, nimirum unam esse in Christo personam eandemque divinam. Cum enim Nestorius, ut diximus, Divinum Verbum humanae naturae non substantialiter atque hypostatice in Christo uniri praefracte contenderet, sed accidentali quodam ac morali vinculo, Ephesini Patres, Constantinopolitanum episcopum damnantes, rectam de Incarnatione doctrinam, firmiter ab omnibus retinendam, aperte professi sunt. Ac sane Cyrillus in epistulis et capitulis ad Nestorium iam antea datis atque Oecumenicae insertis huius Synodi Actis, mire cum Romana Ecclesia consentiens, haec disertis iteratisque tuebatur verbis : « Nulla itaque ratione unum Dominum nostrum Iesum Christum in duos filios divellere fas est... Non enim Scriptura dicit Verbum hominis personam sibi associasse, sed carnem factum esse. Quod autem Verbum caro factum perhi-

---

de son autorité. Car, tout en réprouvant l'hérésie pélagienne et en condamnant ses partisans — et il n'est pas douteux que Nestorius ne se trouvât parmi eux, — le principal sujet qui fut traité par les Pères et qu'ils confirmèrent solennellement à la presque unanimité fut d'affirmer que la proposition de cet hérésiarque est absolument impie et contraire à la Sainte Ecriture, ce qu'il rejetait étant une vérité certaine : à savoir que dans le Christ il y a une seule personne, la personne divine.

Tandis que Nestorius, en effet, Nous venons de le dire, soutenait avec obstination que le Verbe divin ne s'unissait pas à la nature humaine dans le Christ d'une façon substantielle et hypostatique mais par une certaine unité accidentelle et morale, les Pères d'Ephèse, dans leur condamnation de l'évêque de Constantinople, professaient ouvertement la véritable doctrine de l'Incarnation qui doit être fermement acceptée de tous.

Par contre, Cyrille dans les lettres et les chapitres adressés à Nestorius avant le Concile et insérés dans les actes du Concile œcuménique, admirablement d'accord avec l'Eglise romaine, disait clairement et très souvent : « Aucune raison ne permet de diviser notre unique Seigneur Jésus-Christ en deux fils... Car l'Ecriture ne dit nullement que le Verbe s'est associé à la personne de l'homme, mais bien qu'il



betur, id aliud nihil est quam quod perinde ac nos carni et sanguini communicavit; suum ergo fecit nostrum corpus prodiitque homo ex muliere, deitate interim aut ex Patre nativitate non abiecta : mansit enim in ipsa quoque carnis assumptione quod erat. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 891.)

Etenim sacro edocemur eloquio divinaque traditione, Dei Patris Verbum non cuidam homini, in se iam subsistenti, se coniunxisse, at unum eundemque Christum Dei Verbum esse, in Patris sinu aevo sempiterno perfruens, atque hominem in tempore factum. Siquidem divinitatem humanitatemque in Christo Iesu, humani generis Redemptore, mirabili illa vinciri unione, quae hypostatica iure meritoque dicitur, ex eo luculentissime evincitur, quod in Sacris Litteris idem unus Christus non modo Deus et homo vocatur, sed etiam ut Deus itidemque homo operari, ac denique qua homo mori, qua Deus e mortuis resurgere praeclare perhibetur. Scilicet, qui in sinu Virginis Spiritus Sancti opera conceptus, nascitur, iacet in praesepio, filium hominis se nominat, patitur, crucique affixus moritur, idem prorsus est qui ab Aeterno Patre *Filius meus dilectus*

s'est fait chair. Et lorsqu'on dit que le Verbe s'est fait chair, cela ne signifie pas autre chose que, semblablement à nous, il s'est uni à la chair et au sang; il fit donc sien notre corps, est né homme d'une femme, sans renoncer toutefois à la divinité et à sa filiation du Père, car en prenant la chair humaine il resta ce qu'il était. »

En réalité, la Sainte Ecriture et la tradition divine nous l'apprennent : le Verbe de Dieu le Père ne s'est pas uni à un homme ayant déjà sa propre subsistance, mais le seul et même Christ est le Verbe de Dieu jouissant, dans le sein du Père, de l'éternité et s'étant fait homme dans le temps.

Ainsi la divinité et l'humanité s'unissent dans Jésus-Christ, Rédempteur du genre humain, par le lien admirable qu'on appelle avec raison et à bon droit l'union hypostatique. Cela ressort d'ailleurs très clairement des Saintes Ecritures, où non seulement le même et unique Christ est appelé Dieu et Homme, mais encore où il agit en Dieu et en homme, et où enfin on le voit très nettement mourir comme homme et comme Dieu ressusciter des morts.

En d'autres termes, celui qui a été conçu dans le sein de la Vierge par l'opération du Saint-Esprit, qui naît, qui git dans la crèche, se dit fils de l'homme, souffre, meurt cloué à la croix, est absolument le même que celui que le Père éternel appelle d'une façon merveilleuse et solennelle *Mon fils bien-aimé*, le même qui, par la puissance divine,

(*Matth.* III, 17; XVII, 5; *II Petr.* I, 17) prodigiali sollemnique modo appellatus, cum admissorum veniam divina potestate condonat (*Matth.* IX, 2-6; *Luc.* V, 20-24; VII, 48 et alibi), tum aegrotos propria virtute sua ad sanitatem (*Matth.* VIII, 3; *Marc.* I, 41; *Luc.* V, 13; *Ioan.* IX et alibi) ac mortuos revocat ad vitam (*Ioan.* XI, 43; *Luc.* VII, 14 et alibi). Quæ quidem omnia ut luculenter ostendunt duas esse in Christo naturas, e quibus et humana et divina eliciuntur opera, ita haud minus luculenter testantur unum esse Christum, Deum hominemque simul, ob illam divinæ personæ unitatem, qua « Theanthropos » vocatur.

Hanc præterea doctrinam perpetuo ab Ecclesia traditam per humanæ Redemptionis dogma comprobari atque confirmari nemo est qui non videat. Enimvero quomodo poterat Christus *primogenitus in multis fratribus* (*Rom.* VIII, 29) vocari, vulnerari propter iniquitates nostras (*Isai.* LIII, 5; *Matth.* VIII, 17), nosque a peccati servitute redimere, nisi humana, aequè ac nos, frueretur natura? Atque itidem, quo pacto poterat ipse Cælestis Patris omnino placare iustitiam, ab humano genere violatam, nisi immensa polleret, ex divina persona sua, atque infinita dignitate?

Neque hoc catholice veritatis caput ex eo infirmari licet, quod,

pardonne les péchés et qui de sa propre vertu rappelle les malades à la santé et les morts à la vie.

Tout cela montre clairement non seulement qu'il y a deux natures dans le Christ, sources de l'activité tant humaine que divine, mais encore que le Christ est un, en même temps Dieu et homme, en vertu de cette unité de la personne qui le fait appeler « Theanthropos » (Homme-Dieu).

En outre, tout le monde sait que cette doctrine, toujours enseignée par l'Eglise, trouve un appui et une confirmation dans le dogme de la Rédemption humaine.

Comment, on effet, pourrait-on appeler le Christ *premier-né d'un grand nombre de frères*, comment pourrait-il être couvert de blessures pour nos iniquités, nous délivrer de la servitude du péché, s'il n'était pas pourvu d'une nature humaine, semblable à la nôtre? De même aussi, comment pourrait-il satisfaire entièrement à la justice de Dieu le Père — cette justice que le genre humain avait violée — s'il ne possédait pas une dignité sans limite et infinie, venant de sa personne divine?

Il ne faut pas non plus nier ce point de la vérité catholique en affirmant qu'une perfection manque à la nature humaine de notre

si Redemptor noster humana carere persona dicatur, idcirco humanae eius naturae aliqua videatur deesse perfectio, quare ipsemet, ut homo, minor nobis evadat. Sicut enim subtiliter sagaciterque admonet Aquinas, « personalitas intantum pertinet ad dignitatem alicuius rei et perfectionem, inquantum ad dignitatem alicuius rei et perfectionem eius pertinet, quod per se existat; quod in nomine personae intelligitur : dignius autem est alicui, quod existat in aliquo se digniore, quam quod existat per se; et ideo ex hoc ipso humana natura dignior est in Christo, quam in nobis, quod in nobis quasi per se existens propriam personalitatem habet, in Christo autem existit in persona Verbi; sicut etiam esse completivum speciei pertinet ad dignitatem formae : tamen sensitivum nobilius est in homine propter coniunctionem ad nobiliorem formam completivam, quam sit in bruto animali, in quo est forma completiva » (*Summ. Theol.*, III, q: II, a. 2).

Praeterea operae hic pretium est animadvertere, quemadmodum Arius, callidissimus ille catholicae unitatis subversor, divinam Verbi consubstantialiémque Aeterno Patri naturam impugnavit, ita Nestorium, alia prorsus via progressum, hypostaticam nimirum Redemptoris unionem renuendo, plenam atque

---

Rédempteur s'il n'a pas la personnalité humaine, et que, par conséquent, il nous semble inférieur en tant qu'homme. Saint Thomas d'Aquin remarque, en effet, avec subtilité et pénétration : « La personnalité n'entre dans la noblesse et la perfection d'un être que dans la mesure où il entre dans sa noblesse et sa perfection d'exister par lui-même; c'est là ce que le mot personne signifie. Or, il y a plus de noblesse pour un être à exister dans un être plus noble que lui, qu'à exister par lui-même. Par conséquent, la nature humaine a plus de noblesse dans le Christ qu'en nous, pour cette raison que, existant en nous par elle-même, elle a sa personnalité propre, au lieu que dans le Christ elle existe dans la personne du Verbe. De même, bien qu'il entre dans la noblesse de la forme de compléter l'espèce, cependant, en vertu de son union avec une forme complétive plus noble, l'âme sensitive est plus noble dans l'homme que dans l'animal sans raison, chez lequel elle est elle-même forme complétive. »

Il est bon de remarquer ici comment Arius, ce très rusé destructeur de l'unité catholique, combattait la nature divine du Verbe et sa consubstantialité au Père éternel, et comment également, mais par d'autres moyens, Nestorius, en rejetant l'union hypostatique du Rédempteur, niait l'entière et parfaite divinité, sinon du Verbe au moins du Christ.

integram Christo, quamvis non Verbo, denegasse divinitatem. Si enim morali tantummodo nexu, ut perperam ipse hariolabatur, divina natura cum humana copularetur in Christo — quod quidem, ut diximus, prophetae etiam ceterique christianae sanctitatis heroes, ob suam cuiusque cum Deo coniunctionem, quodammodo assecuti sunt — vel parum differret, vel minime prorsus, humani generis Servator ab iis, quos sua gratia suoque sanguine redemit. Abdicata igitur hypostaticae unionis doctrina, in qua Incarnationis humanaeque Redemptionis dogmata inniuntur atque consistunt, totum concidit ac corrumpit catholicae religionis fundamentum.

Quapropter haud miramur si, ingruente Nestoriana haereseos periculo, catholicus orbis contremuit universus; haud miramur si Constantinopolitano Episcopo, avitae fidei temere vaferimeque adversanti, Ephesina Synodus acriter obstitit, eumque, Romani Pontificis sententiam exsecuta, diro perculit anathemate.

Nos itaque, omnibus christiani aevi aetatibus concorditer respondentes animo, humani generis Redemptorem non *Eliam... aut unum ex Prophetis* veneramus, quos caeleste Numen per gratiam suam inhabitat, sed cum Apostolorum Principe, arcanum

Car si un lien moral seulement, ainsi déraisonnait-il, unissait dans le Christ la nature divine à la nature humaine — ce qui, d'une certaine façon, comme Nous l'avons dit, existait pour les prophètes et les autres héros de la sainteté chrétienne grâce à leur union avec Dieu, — le Sauveur du genre humain différait très peu, si peu que rien, de ceux qu'il sauva par sa grâce et par son sang.

Par conséquent, l'abandon de la doctrine de l'union hypostatique, base et fondement des dogmes de l'Incarnation et de la Rédemption humaine, entraîne l'écroulement et la ruine de la base de la religion catholique.

Il n'est donc pas étonnant que l'extension du péril de l'hérésie nestorienne ait ébranlé tout l'univers catholique; il n'est pas étonnant non plus que le Concile d'Ephèse se soit énergiquement opposé à l'évêque de Constantinople, qui, plein de témérité et d'astuce, combattait la foi des ancêtres, et que le Concile, en exécution du jugement du Pontife romain, ait frappé Nestorius d'un cruel anathème.

Aussi donc, avec tous les siècles de l'histoire chrétienne, vénérons le Rédempteur du genre humain, non pas comme un *Elie... ou un des prophètes* en qui Dieu demeure par sa grâce, mais d'une seule voix proclamons avec le Prince des apôtres, qui, par faveur divine,

eiusmodi divinitus agnoscente, una voce profiteamur : *Tu es Christus, Filius Dei vivi* (Matth. xvi, 14).

Quo veritatis dogmate in tuto posito, facile inde colligi potest universam hominum rerumque mundanarum concretionem ea dignitate per mysterium Incarnationis adauctam esse, qua maior intellegi profecto nequeat, ea sane grandiore, ad quam per creationis opus provecta fuerit. Ita enim in Adae subole unus habetur, nempe Christus, qui sempiternam omnino attingit infinitamque divinitatem, cum eademque arcano arctissimoque modo coniungitur; Christum dicimus, fratrem quidem nostrum, humanaque natura praeditum, at Deum etiam nobiscum, seu Emmanuelem, qui sua nos gratia suisque promeritis cum ad divinum omnes reducit Auctorem, tum ad eam revocat caelestem beatitatem, e qua per originale peccatum misere delapsi sumus. Gratum igitur eidem habeamus animum, eius sequamur praecepta, imitemur exempla. Ita enim eius divinitatis consortes erimus, « qui humanitatis nostrae fieri dignitatus est particeps » (*Ordo Missae*).

Atsi, ut diximus, nullo non tempore, per saeculorum decursum, germanam huiusmodi atque incorruptam de personali Conditoris sui unitate atque divinitate doctrinam vera Iesu

eut connaissance de ce mystère : *Vous êtes le Christ, le Fils du Dieu vivant.*

Maintenant que cette vérité dogmatique est bien établie, il est facile d'en tirer cette conclusion que tout l'ensemble des hommes et des choses créées a vu, grâce au mystère de l'Incarnation, grandir sa dignité au delà de tout ce que l'on peut imaginer, d'une grandeur bien supérieure à celle que la création lui avait procurée. Maintenant, parmi les fils d'Adam, un homme existe, le Christ, qui possède pleinement la divinité perpétuelle et infinie et qui lui est uni d'une manière mystérieuse et très étroite; nous l'appelons le Christ, il est notre frère, il possède la nature humaine et pourtant il est Dieu avec nous, il est l'Emmanuel; par sa grâce et par ses mérites il nous ramène tous au Créateur divin; il nous remet en possession de cette béatitude céleste dont nous étions misérablement déchus par le péché originel.

Rendons-lui donc nos actions de grâces, suivons ses préceptes et imitons ses exemples. Ce sera pour nous le moyen de participer à la divinité de Celui « qui a daigné se faire participant de notre humanité ».

Mais si, comme Nous l'avons dit, la véritable Eglise de Jésus-Christ a, de tout temps au cours des siècles, jalousement conservé la véri-

Christi Ecclesia diligentissime tutata est, non ita, proh dolor, apud eos contingit, qui extra unum Christi ovile miserrime vagantur. Quandocumque enim ab infallibili Ecclesiae magisterio se quis pertinaciter eripit, certam in eo veramque de Iesu Christo doctrinam sensim deficere lamentamur. Et sane, si tot tamque varias religiosas factiones, eas praesertim, quae inde a saeculis XVI et XVII exortae, christiano adhuc ornantur nomine, quaeque ab inito discidio suo firmiter Christum Deum hominemque profitebantur, quid nunc de eo sentiant interrogemus, absimilia profecto atque inter se pugnantia habeamus responsa : nam pauci quidem ex iis rectam de Redemptoris nostri persona doctrinam plenamque fidem servarunt ; alii vero, si qua ratione simile aliquid affirmant, vaporantia tamen aromata sapere videntur, sua iam re destituta. Etenim Iesum Christum velut hominem proponunt, divinis charismatibus praeditum, arcano quodam modo prae aliis divinitati coniunctum, Deo maxime propinquum ; at longe ab integra absunt atque sincera catholicae fidei professione. Alii denique nihil divini in Christo agnoscetes, eum verum hominem profitentur, eximiis quidem

---

table et intègre doctrine de l'unité personnelle et de la divinité de son Fondateur, il n'en est pas de même, hélas ! chez ceux qui errent misérablement en dehors du bercail unique du Christ. Chaque fois que quelqu'un s'est opiniâtrément détaché du magistère infallible de l'Eglise, nous avons la douleur de constater qu'il abandonne du même coup insensiblement la sûre et véritable doctrine sur Jésus-Christ.

La preuve en est que si nous interrogeons les si nombreuses et si diverses sectes religieuses, celles-là surtout qui ont surgi aux xvi<sup>e</sup> et xvii<sup>e</sup> siècles et depuis et qui se parent encore du nom chrétien, qui au moment de leur séparation professaient fermement que le Christ était Dieu et homme, afin de savoir leurs opinions actuelles, nous en obtiendrons des réponses fort divergentes et même contradictoires.

Bien peu en vérité parmi leurs adhérents ont conservé la véritable doctrine et la croyance entière sur la personne de notre Rédempteur ; si d'autres affirment quelque chose de semblable, on s'aperçoit vite que ce n'est plus que le parfum d'une chose déjà disparue qui s'évapore. Ils présentent Jésus-Christ comme un homme comblé de charismes divins, uni d'une manière mystérieuse et par-dessus tous les autres à la divinité, et se rapprochant le plus de Dieu ; mais ils restent bien loin de la profession intégrale et sincère de la foi catholique.

D'autres enfin ne reconnaissent rien de divin dans le Christ, ils le regardent comme un simple homme, doué, il est vrai, de dons mer-

animi corporisque dotibus ornatum, sed erroribus etiam atque humanae fragilitati obnoxium. Ex quo liquido patet hos omnes, aequè ac Nestorium, velle temerario auso *solvere Christum* ideoque, teste Ioanne Apostolo, non esse ex Deo. (Cf. *I Ioan.* iv, 3.)

Nos igitur e supremo huius Apostolicae Sedis fastigio eos omnes paterno animo adhortamur, qui se Christi assecclas esse gloriantur, quique in ipso cum singulorum, tum humanae consortionis spem salutemque reponunt, ut firmiter in dies arcitiusque Romanae Ecclesiae adhaereant, in qua una Christus integra perfectaque fide creditur, sincero adorationis cultu colitur, atque perpetua incensae caritatis flamma diligitur. Meminerint iidem, ii praesertim qui seiuncto a Nobis gregi praesunt, quam maiores sui Ephesi sollemniter professi sunt fidem, eam, quemadmodum anteacta aetate ita in praesens, a suprema hac veritatis Cathedra immutatam servari strenueque defendi; meminerint huiusmodi germanae fidei unitatem in una tantummodo petra inniti ac consistere a Christo posita, itemque, per supremam Beati Petri successorum auctoritatem, sartam tectamque servari posse.

---

veilleux tant de l'esprit que du corps, mais en plus sujet aux erreurs et à la fragilité de l'homme.

Il est parfaitement évident que tous ceux-là, comme Nestorius, veulent d'une audace téméraire *dissoudre le Christ* et, comme le dit l'Apôtre Jean, ils ne sont donc pas de Dieu.

Voilà pourquoi Nous qui occupons la haute dignité de ce Siège Apostolique, Nous exhortons paternellement tous ceux qui se font gloire d'être des disciples du Christ, qui mettent en lui l'espoir et le salut tant des individus que de la société humaine, à adhérer tous les jours plus solidement et plus étroitement à l'Eglise romaine.

C'est seulement en elle que le Christ est l'objet d'une foi intégrale et parfaite, seulement en elle que le Christ est adoré avec sincérité et aimé avec la flamme perpétuelle d'une ardente charité.

Qu'ils se souviennent, ceux surtout qui sont à la tête du troupeau séparé de Nous, de la foi que leurs ancêtres d'Ephèse ont solennellement professée, de la foi que ce Siège suprême de vérité, aux temps passés comme à présent, conserve intacte et défend énergiquement; qu'ils se souviennent que l'unité de la véritable foi se base et repose sur l'unique roc établi par le Christ et que cette unité ne peut être conservée en toute sécurité que par l'autorité suprême des successeurs du bienheureux Pierre.

De hac quidem catholicae religionis unitate paucis ante annis per Encyclicas Litteras *Mortalium animos* fusius disse-ruimus; iuvat tamen heic rem breviter in mentem redigere, cum hypostatica Christi unio, in Ephesina Synodo sollemniter confirmata, illius unitatis imaginem referat atque proponat, qua Redemptor noster mysticum corpus suum, Ecclesiam nempe, ornatum voluit, *unum corpus* (I Cor. xii, 12) *compactum et connexum* (Ephes. iv, 16). Nam si personalis Christi unitas arcanum existit exemplar, ad quod ipsemet unam christianae societatis compagem conformare voluit, id profecto non ex commenticia quadam oriri posse multorum inter se discordium coniunctione, sed ex una solummodo hierarchia, ex uno summoque magisterio, ex una credendi lege, unaque christianorum fide nemo cordatus non videat. (Cf. Litt. Encycl. *Mortalium animos*.) Hanc Ecclesiae unitatem, quae in communionem cum Apostolica Sede continetur, praeclare in Ephesina Synodo Philippus Romani Episcopi legatus testatus est, qui Conciliares Patres litteris a Caelestino datis una voce plaudentes alloquens, memoranda haec protulit verba : « Gratias agimus sanctae venerandaeque Synodo, quod litteris sancti

---

Il y a quelques années Nous avons parlé plus longuement, dans l'encyclique *Mortalium animos*, de cette unité de la religion catholique. Il est bon pourtant de mentionner ici la chose brièvement, car l'union hypostatique, solennellement confirmée au Concile d'Ephèse, contient et offre l'image de cette unité dont notre Rédempteur voulait orner son corps mystique, c'est-à-dire l'Eglise, *un corps unique*, un corps *coordonné et uni par des liens*.

Car si l'unité personnelle du Christ constitue l'exemplaire mystérieux selon lequel il voulait modeler l'étroite union des parties de la société chrétienne, cela ne pouvait pas être le résultat, tout homme intelligent le comprend, de la conjonction fictive d'éléments discordants entre soi, mais d'une seule hiérarchie, d'un seul et suprême magistère, d'une seule règle de foi, d'une seule croyance de tous les chrétiens.

Cette unité de l'Eglise, consistant dans la communion avec le Siège Apostolique, a été brillamment affirmée par Philippe, le délégué de l'évêque de Rome au Concile d'Ephèse. S'adressant aux Pères conciliaires qui applaudissaient à l'unanimité les lettres de Célestin, il prononça ces paroles mémorables : « Nous exprimons notre remerciement au saint et véritable Synode de ce que, après la lecture qui vous a été faite de la lettre de notre saint et bienheureux Pape, vous avez affirmé



beatique Papae nostrī vobis recitatis, sancta membra sanctis vestris vocibus sancto capiti, sanctis etiam vestris exclamationibus vos adiunxeritis. Non enim ignorat vestra beatitudo totius fidei vel etiam Apostolorum caput esse beatum Apostolum Petrum. » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 1290.)

Quodsi unquam, nunc maxime, Venerabiles Fratres, boni omnes una eademque in Iesum Christum eiusque mysticam Sponsam Ecclesiam sincera fidei professione obstringantur oportet, cum tot ubique homines suave Christi iugum excutere conentur, eius doctrinae lucem respuant, gratiae rivos proculcent, divinam denique auctoritatem eius repudient, qui factus est, secundum illud Evangelii, *in signum cui contradicetur* (Luc II, 34). E lacrimabili eiusmodi a Christo defectione cum innumera proficiscantur increscentia cotidie detrimenta, opportunum ab eo omnes remedium quaerant, qui unus *sub caelo datus est hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (Act. IV, 13).

Ita enim tantummodo, mortalium animis sacro aspirante Iesu Corde, cum singulis hominibus, tum domestico convictui ipsique civili societati, tam acriter in praesens perturbatis, felicitiora poterunt emergere tempora.

---

votre union, comme des membres saints au chef sacré, par vos saints témoignages et par vos saintes acclamations. Car Votre Béatitude n'ignore pas que le chef de toute foi comme des Apôtres est le bienheureux Apôtre Pierre. »

Si jamais il a fallu, Vénérables Frères, que tous les bons s'attachent par une même, sincère et unique profession de foi à Jésus-Christ et à son Epouse mystique, l'Eglise, c'est bien maintenant, alors que de tous côtés tant d'hommes s'efforcent de secouer le joug suave du Christ, ferment leurs yeux à la lumière de la doctrine, obstruent les canaux de la grâce, rejettent enfin la divine autorité de celui qui selon la parole de l'Evangile est *un signe en butte à la contradiction*.

Comme cette déplorable rébellion contre le Christ entraîne tous les jours des conséquences plus nombreuses et plus graves, il est nécessaire pour tous de chercher le remède opportun auprès de celui qui *sous le ciel... ait été donné aux hommes, par lequel nous devons être sauvés*.

De cette manière seulement, le Sacré Cœur de Jésus aidant, alors que la vie des individus comme celle des sociétés domestique et civile est si cruellement troublée, luiront pour les hommes des jours plus heureux.

## III

Ex hoc vero, quod adhuc attigimus, catholicae doctrinae capite illud necessario consequitur divinae maternitatis dogma, quod de B. Virgine Maria praedicamus : « non quod — ut Cyrillus admonet — Verbi natura ipsiusve divinitas ortus sui principium ex sancta Virgine sumpserit, sed quod sacrum illud corpus anima intelligente perfectum ex ea traxerit, cui et Dei Verbum secundum hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur ». (MANSI, *loc. cit.*, IV, 891.)

Enimvero, si Filius B. Mariae Virginis Deus est, illa pro certo, quae eum genuit, Dei Mater iure est meritoque appellanda; si una est Iesu Christi persona, eaque divina, procul dubio Maria non Christi hominis Genitrix tantummodo, sed Deipara, seu Theotocos vocari ab omnibus debet. Quae igitur ab Elisabeth, cognata sua, *Mater Domini mei* (*Luc.* I, 13) salutatur, quae ab Ignatio martyre Deum peperisse dicitur (*Ephes.* VII, 18-20), et ex qua Tertullianus Deum natum esse profitetur (*De carne Chr.* XVII, P. L., II, 781), illam utique omnes almam Dei Parentem veneremur, cui plenam contulit aeternum Numen gratiam, tantaque adauxit dignitate.

## III

Des points de la doctrine catholique considérés jusqu'ici découle nécessairement le dogme de la maternité divine que nous professons touchant la Sainte Vierge Marie : « Non point — comme le note Cyrille — que la nature du Verbe et sa divinité aient tiré le principe de leur origine de la Sainte Vierge, mais bien en ce sens que le Verbe a reçu d'elle son corps sacré, perfectionné par une âme intelligente, auquel le Verbe de Dieu est uni par l'hypostase, et par lequel il est né selon la chair. »

En effet, si le Fils de la Sainte Vierge Marie est Dieu, celle qui l'a engendré mérite de droit d'être nommée la Mère de Dieu; si la personne de Jésus-Christ est une et divine, il n'y a pas de doute que tous doivent appeler Marie non seulement la Mère du Christ homme, mais Mère de Dieu ou Theotocos.

Tous, nous vénérons celle qu'Elisabeth, sa parente, saluait en l'appelant *Mère de mon Seigneur*, dont Ignace le martyr disait qu'elle avait engendré Dieu, et de laquelle, déclare Tertullien, Dieu est né; nous la vénérons comme la généreuse Mère de Dieu à qui le Père éternel a conféré la plénitude de la grâce et qu'il a élevée à une si haute dignité.

Ac porro, hanc a prima Ecclesiae aetate traditam veritatem non quispiam ex eo reiicere poterit, quod B. Virgo Maria corpus quidem Iesu Christo praebuerit, non caelestis Patris generaverit Verbum; siquidem, ut suo iam tempore Cyrillus recte dilucideque respondet (Cf. MANSI, *loc. cit.*, IV, 599), quemadmodum ceterae omnes, in quorum sinu terrena nostra concretio non anima procreatur humana, matres revera dicuntur ac sunt, ita ipsa etiam ex una Filii sui persona divinam adeptam est maternitatem.

Merito igitur, impiam Nestorii sententiam, quam Romanus Antistes, divino Spiritu ductus, superiore anno damnaverat, iterum Ephesina Synodus sollemniter reprobavit.

Atque tanta in Deiparam Virginem Ephesina plebs ferebatur pietate, tanto aestuabat amore ut, cum latum a conciliaribus Patribus iudicium intellexisset, effusa animorum laetitia eosdem conclamaret, atque ardentibus instructa facibus confertoque agmine, domum usque comitaretur. Ac pro certo ipsamet magna Dei Parens, mirando eiusmodi spectaculo suaviter de caelo arridens, suos Ephesi filios cunctosque catholici orbis christifideles, Nestorianae haereseos insidiis perturbatos, materno animo praesentissimoque auxilio suo prosecuta est.

---

Et l'on ne pourra pas rejeter cette vérité, transmise depuis les premiers temps de l'Eglise, en disant que la Bienheureuse Vierge Marie a bien donné un corps à Jésus-Christ, mais qu'elle n'a pas engendré le Verbe du Père céleste. Car, déjà de son temps, Cyrille répondait justement et clairement que, de même que toutes les autres femmes sont appelées et sont réellement mères puisqu'elles ont formé dans leur sein notre substance périssable et non pas parce qu'elles ont créé l'âme humaine, ainsi a-t-elle aussi acquis la maternité divine du fait d'avoir engendré l'unique personne de son Fils.

C'est donc avec raison que l'opinion impie de Nestorius, que l'évêque de Rome avait condamnée sous l'inspiration de l'Esprit-Saint, l'année précédente, fut de nouveau solennellement réprouvée par le Concile d'Ephèse.

Aussi la population d'Ephèse montrait tant de dévotion envers la Vierge, Mère de Dieu, et elle brûlait de tant d'amour, qu'ayant appris le jugement porté par les Pères conciliaires, elle exprimait la joie de son âme en les acclamant et en les accompagnant en rangs serrés jusqu'à leur demeure à la lueur de torches ardentes. Et certainement, la grande Mère de Dieu, souriant doucement du ciel à ce spectacle admirable, a récompensé par son maternel et très puissant secours ses fils d'Ephèse et tous les fidèles de l'univers catholique, troublés par les embûches de l'hérésie nestorienne.

Quo ex divinae maternitatis dogmate, veluti ex arcanae scaturiginis fonte, singularis profluit Mariae gratia eiusque summa post Deum dignitas. Quin immo, ut praeclare scribit Aquinas : « Beata Virgo ex hoc quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito quod est Deus. » (*Summ. Theol.*, I, q. xxv, a, 6.) Quod satius hisce verbis Cornelius a Lapide enucleat atque explicat : « Beata Virgo est Mater Dei; ergo ipsa longe excellentior est omnibus angelis, etiam seraphinis et cherubinis. Mater Dei est; ergo purissima est et sanctissima, adeo ut sub Deo maior puritas intelligi nequeat. Mater Dei est; ergo quidquid ulli Sanctorum concessum est privilegii (in genere gratiae gratum facientis), hoc illa prae omnibus obtinet. » (*In Matth.* I, 6.)

Cur igitur Novatores atque acatholici non pauci tam acerrime nostram reprobant in Deiparam Virginem pietatem, veluti nos cultum subducamus uni Deo debitum ?

An nesciunt iidem, neve attente considerant nihil posse Iesu Christo gratius obvenire, qui in Matrem suam magno profecto flagrat amore, quam si eam pro merito veneremur, impense redamemus, eiusque sanctissima imitantes exempla validum patrocinium eius conciliare nobis studeamus ?

---

C'est de ce dogme de la maternité divine comme d'une mystérieuse source vive, que découlent la grâce spéciale de Marie et sa suprême dignité après Dieu.

Et même, ainsi que l'écrit très bien Thomas d'Aquin : « Par le fait d'être Mère de Dieu, la Bienheureuse Vierge a une dignité en quelque façon infinie, provenant du Bien infini qui est Dieu. »

Corneille de la Pierre commente et explique encore ces paroles en disant : « La Bienheureuse Vierge est Mère de Dieu; elle dépasse donc en excellence tous les anges, même les séraphins et les chérubins. Elle est la Mère de Dieu; elle est donc la plus pure et la plus sainte, à tel point qu'après Dieu on ne peut se figurer pureté plus grande. Elle est la Mère de Dieu; aussi, quelque privilège qu'aient obtenu les saints (dans l'ordre de la grâce sanctifiante), il lui a été accordé avant tous les autres. »

Pourquoi donc les novateurs et de nombreux catholiques rejettent-ils si sévèrement notre dévotion envers la Vierge Mère de Dieu, comme si nous privions Dieu du culte dû à lui seul ?

Ignorent-ils et perdent-ils de vue que rien ne peut davantage plaire au Christ Jésus, qui certes aime sa Mère d'un amour intense, que de nous voir la vénérer comme elle le mérite, l'aimer elle aussi avec ten-

Nolumus tamen heic rem silentio praeterire, quae haud mediocri solacio Nos afficit, videlicet nostris hisce temporibus Novatores etiam nonnullos Deiparae Virginis dignitatem melius agnoscere, ad eamque studiose reverendam honorandamque allici atque moveri. Quod quidem, dummodo ex intima atque sincera eorum conscientia, non autem ex tecta quadam ratione conciliandi sibi catholicorum animos proficiscatur, ut alicubi evenire comperimus. Nos omnino sperare iubet fore ut — ad rem bonis omnibus orando operandoque enitentibus ac Beata Virgine deprecante, quae errantes filios materno prosequitur animo — ipsimet ad unum Iesu Christi gregem adeoque ad Nos, qui licet immerentes, eius in terris partes agimus auctoritatemque sustinemus, tandem aliquando reducantur.

At aliud etiam, Venerabiles Fratres, in Mariae maternitatis munere Nobis recolendum putamus, quod quidem sapit dulcius, sapit suavius. Ipsa scilicet ex hoc quod humani generis peperit Redemptorem, nostrum quoque omnium, quos Christus Dominus fratres habere voluit (*Rom.* VIII, 29), quodammodo existit benignissima mater.

---

dresse, en nous efforçant de nous assurer sa protection puissante par l'imitation de ses très saints exemples ?

A ce propos, Nous ne voulons pas passer ici sous silence une chose qui Nous a causé une grande consolation : à savoir qu'à notre époque il y a plusieurs de ces novateurs qui se font une idée plus juste de la dignité de la Vierge, Mère de Dieu, et qui se sentent attirés et poussés à la vénérer et à l'honorer avec ardeur.

Si ce sentiment part de la profondeur et de la sincérité de leur conscience et n'a pas pour motif caché de gagner les cœurs des catholiques — comme cela est arrivé, Nous l'avons appris, en certains endroits, — Nous avons tout lieu d'espérer, que, par les prières et par les œuvres des bons et par l'intercession de la bienheureuse Vierge, qui recherche d'un cœur maternel ses enfants égarés, ils reviendront enfin un jour à l'unique troupeau de Jésus-Christ, et donc à Nous qui, bien qu'indigne, le représentons sur terre et détenons son autorité.

Mais il Nous faut encore, Vénérables Frères, considérer un autre aspect de la maternité de Marie, plus doux et plus suave encore. C'est-à-dire que Marie, du fait d'avoir donné naissance au Rédempteur du genre humain, est devenue aussi, d'une certaine façon, la mère très bienveillante de nous tous que le Seigneur le Christ a voulu avoir comme frères.

« Talem, ita decessor Noster f. r. Leo XIII, nobis praestitit Deus, cui, hoc ipso quod Unigenae sui Matrem elegit, maternos plane indidit sensus, aliud nihil spirantes nisi amorem et veniam; talem facto suo Iesus Christus ostendit, cum Mariae subesse et obtemperare ut matri filius sponte voluit; talem de cruce praedicavit, cum universitatem humani generis, in Ioanne discipulo, curandam ei fovendamque commisit; talem denique se dedit ipsa, quae eam immensi laboris hereditatem, a moriente Filio relictam, magno complexa animo, materna in omnes officia confestim coepit impendere. » (Epist. Encycl. *Octobri mense adventante*, XXII Sept. MDCCCXCI.)

Ex quo fit ut ad eam praepotenti quadam impulsione feramur, ut nostra omnia — gaudia scilicet, si laetamur; aerumnas, si angimur; spes, si ad meliora tandem emergere nitimur — fidentes eidem concedamus; ex quo fit ut, si difficiliora inciderint Ecclesiae tempora, si fides labet quod refrixerit caritas, si privati publicique mores in deterius vergant, si aliquod catholico nomini civilique consortioni periculum impendeat, supplices ad eam perfugiamus caelestem opem deprecantes; ex quo denique fit ut in supremo mortis discrimine, cum nulla aliunde

---

« C'est ainsi, comme le dit Notre prédécesseur d'heureuse mémoire, Léon XIII, que Dieu nous l'a donnée : l'ayant choisie pour Mère de son Fils unique, il lui a inculqué des sentiments tout maternels, qui ne respirent que l'amour et le pardon; telle, de son côté, Jésus-Christ l'a voulue, puisqu'il a consenti à être soumis à Marie et à lui obéir comme un fils à sa mère; telle aussi Jésus l'a annoncée du haut de la Croix, quand il a confié à ses soins et à son amour la totalité du genre humain, dans la personne du disciple Jean; telle enfin elle s'est donnée elle-même en recueillant avec courage l'héritage des immenses travaux de son Fils et en reportant aussitôt sur tous le legs de ses devoirs maternels. »

N'est-ce pas la raison pour laquelle nous sommes portés vers elle par une très puissante impulsion pour lui remettre, avec confiance, tout ce qui est nôtre, nos joies lorsque nous nous réjouissons, nos épreuves lorsque nous sommes dans l'angoisse ? C'est pourquoi, lorsque l'Eglise traverse des temps plus difficiles, lorsque la foi chancelle chez ceux dont la charité languit, lorsque la moralité privée et publique baisse, lorsqu'un péril menace la catholicité ou la société civile, nous cherchons notre refuge auprès d'elle en la suppliant de nous accorder son secours céleste; c'est pourquoi à l'heure suprême de la mort, lorsque tout autre espoir et tout secours nous manquent, nous levons

spes detur, nullum auxilium, ad eam lacrimantes oculos trementesque manus attollamus, veniam a Filio suo per eam efflagitantes, aeternamque in caelis felicitatem.

Incensiore igitur studio, in praesentibus, quibus afficimur, necessitatibus eam adeant omnes; ab eaque instanti supplicatione contendant « ut exorato Filio, aberrantes nationes ad christiana redeant instituta et praecepta, in quibus salutis publicae firmamentum consistit, unde et expetitae pacis et verae beatitatis copia efflorescit. Ab ipsa eo impensius contendant, quod bonis omnibus exoptatissimum esse debet, ut Ecclesia mater libertate potiatur tranquilleque fruatur sua; quam non alio illa refert nisi ad summas hominum procurandas rationes, a qua singuli et civitates nulla usquam damna, plurima omni tempore et maxima beneficia senserunt » (*Epist. Encycl. s. c.*).

At peculiare praesertim beneficium exoptamus, idque máximi quidem ponderis, auspice caelesti Regina, ab omnibus implorari. Scilicet, quae tam ardenti pietate a dissidentibus Orientis populis adamatur ac colitur, ne patiatur ipsa ut ab Ecclesiae unitate adeoque a Filio suo, cuius Nos in terris vice fungimur, misere iidem aberrant atque adhuc semper abducantur. Redeant

vers elle nos yeux en pleurs et nos mains tremblantes pour obtenir par elle le pardon de son Fils et la félicité éternelle du ciel.

Dans les malheurs actuels qui nous oppressent, allons à elle avec une ardeur plus intense; prions-la instamment « d'intercéder auprès de son Fils pour que les nations dévoyées reviennent aux institutions et aux principes chrétiens, qui constituent la base du salut public et qui donnent une abondante floraison de la paix si désirée et du vrai bonheur. Demandons-lui aussi instamment le bien qui doit être le plus souhaité de tous, la liberté pour l'Eglise notre Mère, et la paisible possession de cette liberté dont elle n'use qu'en vue de procurer aux hommes le souverain bien, et dont jamais ni particuliers ni Etats n'ont souffert dommage, mais dont ils ont toujours recueilli les bienfaits les plus grands et plus nombreux ».

Mais Nous souhaitons avant tout un bienfait particulier de la plus haute importance, à obtenir par l'intercession de la Reine du ciel : que Celle que les populations dissidentes de l'Orient aiment et vénèrent avec une dévotion si ardente ne souffre pas que ces mêmes populations errent misérablement et restent toujours encore loin de la véritable unité de l'Eglise, et par conséquent loin de son Fils que Nous représentons sur terre. Qu'elles retournent à leur Père commun, dont tous les Pères

ad communem Patrem, cuius sententiam omnes Ephesinae Synodi Patres observantissime exceperunt, quemque concordi plausu « custodem fidei » consalutarunt; ad Nos redeant omnes, qui paternum omnino in eos gerimus animum, quique libenter amantissima illa verba facimus Nostra, quibus Cyrillus Nestorium enixe adhortatus est ut « Ecclesiarum pax conservetur, dilectionisque et concordiae vinculum inter Dei sacerdotes indissolubile permaneat » (MANSI, *loc. cit.*, IV, 891).

Atque utinam quam primum laetissimus ille dies illucescat, cum Deipara Virgo in Liberiana Basilica a decessore Nostro Sixto III tessellato opere affabre expressa — quod quidem opus Nosmet ipsi ad pristinum decorem restitutum voluimus — descitos a Nobis filios redeuntes omnes cernat, Nobiscum ipsam uno animo unaque fide veneraturos. Id erit profecto Nobis tam iucundum, quam quod maxime.

Auspicato praeterea ducimus contigisse Nobis quindecimens huiusmodi saecularem celebrationem agere; Nobis dicimus, qui casti connubii dignitatem sanctitudinemque contra ingruentes omne genus fallacias tuiti sumus (Litt. Encycl. *Casti connubii*, XXXI Decemb. MDCCCXXX); quique sacrosancta in iuventutis educationem iura et sollemniter catholicae Ecclesiae vindica-

---

du Concile d'Ephèse acceptèrent avec grande piété le jugement et qu'ils saluèrent de l'appellation unanime de « gardien de la foi »; qu'elles Nous reviennent à Nous, qui sommes animés envers elles de sentiments paternels, et qui très volontiers faisons Nôtres les si belles paroles de Cyrille exhortant avec énergie Nestorius pour que « la paix des Eglises fût conservée et que les liens de la charité et de la concorde restassent indissolubles entre les prêtres de Dieu ».

Puisse ce jour très heureux luire aussitôt que possible, ce jour où la Vierge et Mère de Dieu contempera dans sa basilique libérienne ce que Notre prédécesseur Sixte III a si bien fait représenter en mosaïque et que Nous avons voulu restaurer dans sa splendeur première, le retour de tous ses enfants séparés de Nous, et l'hommage qu'ils lui rendront ensemble avec Nous dans l'unité de la charité et de la foi. Ce sera certainement Notre joie la plus grande.

Enfin, la célébration de ce quinzième centenaire Nous semble d'heureux augure à Nous qui avons défendu la dignité et la sainteté du chaste mariage contre les erreurs envahissantes de tout genre; Nous qui avons solennellement revendiqué les droits sacro-saints de l'éducation de la jeunesse par l'Eglise catholique, et qui avons dit et expliqué quelles méthodes cette éducation devait suivre et à quels



vimus, et quibus esset rationibus eadem tradenda, quibus principiis conformanda ediximus atque explanavimus (Litt. Encycl. *Divini illius Magistri*, XXXI Decemb. MDCCCXXIX). Haec enim quae de utraque re edidimus praecepta eximum habent in divinae maternitatis munere inque Nazarethana illa familia exemplum, quod omnibus ad imitandum proponatur. « Habent revera — ita decessor Noster, f. r. Leo XIII — patres-familias in Ioseph vigilantiae providentiaeque paternae praeclarissimam normam : habent matres in Sanctissima Virgine Deipara amoris, verecundiae, submissionis animi perfectaeque fidei insigne specimen : filii vero familias in Iesu, qui erat subditus illis, habent divinum obedientiae exemplar, quod admirentur, colant, imitentur. » (Litt. Apost. *Neminem fugit*, XIV Jan. MDCCCLXXXII.)

At peculiari modo opportunum est ut illae praesertim nostrae huius aetatis matres, quae vel prolis, vel conjugalis vinculi pertaesae, susceptum ab se officium prostratum violatumque habent, Mariam suspiciant intentoque animo meditentur, quae gravissimum maternitatis munus ad tantam evexit nobilitatem. Ita enim spes subest fore ut ad pudendum dedecoris notae magno matrimonii sacramento inustae, caelestis Reginae aspi-

---

principes elle devait se conformer. Ce que Nous avons affirmé sur ces deux sujets trouve un éclatant exemple dans le rôle de la maternité divine et dans la sainte famille de Nazareth.

Nous proposons cet exemple à l'imitation de tous : « Les pères de famille, dit Notre prédécesseur d'heureuse mémoire Léon XIII, trouvent une norme lumineuse dans la vigilance et la providence paternelle de Joseph ; les mères trouvent en la Très Sainte Vierge, la Mère de Dieu, un haut exemple d'amour, de pudeur, d'humilité et de fidélité parfaite ; les enfants de la famille trouvent en Jésus, qui était soumis à ses parents, un exemple divin d'obéissance à admirer, à vénérer et à imiter. »

Mais il est surtout et particulièrement utile que les mères de notre époque qui, lassées d'avoir des enfants et d'être tenues par le lien conjugal, avilissent et enfreignent leur devoir, tournent leurs regards vers Marie et méditent attentivement sur Celle qui a élevé à une si haute noblesse la charge très grave de la maternité. Alors, rougiront-elles peut-être, grâce à la Reine du Ciel, du déshonneur qu'elles infligent au grand sacrement du mariage. Ainsi trouveront-elles un stimulant salutaire à imiter dans la mesure du possible ses admirables et glorieuses vertus.

rante consilio, inducantur; et ad mirabiles eius virtutum laudes pro viribus assequendas salubriter excitentur.

Quae si omnia ex sententia cedant, si domestica nempe societas — totius humanae convictionis principium atque firmamentum — ad dignissimam huius sanctitatis normam revocetur, procul dubio formidoloso illi, quo conflictamur, malorum discrimini aliquando tandem occurrere atque mederi poterimus.

Ita enim continget ut *pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, omnium corda et intelligentias custodiat* (*Phil. IV, 7*); atque optatissimum Christi Regnum, foederatis animis viribusque, ubique gentium feliciter constabiliatur.

Nolumus denique Encyclicis hisce Litteris finem facere, quin rem vobis, Venerabiles Fratres, significemus omnibus pro certo gratam. Cupimus scilicet ut liturgicum non desit saecularis huius commemorationis monumentum, quod ad pietatem conferat erga summam Dei Parentem in clero populoque refovendam; quapropter supremo iussimus Consilio sacris ritibus praeposito ut Officium ac Missa de divina Maternitate edantur, ab universa Ecclesia celebranda.

Atque interea caelestium munerum auspiciem paternaeque voluntatis Nostrae testem, vobis singulis universis, Venerabiles

Si en tout Notre parole est écoutée, si la société domestique — principe et fondement de toute société humaine — revient à la règle très digne de cette sainteté, on pourra sans aucun doute porter enfin secours et remède à cette formidable et désastreuse crise dans laquelle nous nous débattons.

Ainsi *la paix de Dieu, qui surpasse toute intelligence, gardera les cœurs et les pensées* de tous, et le royaume du Christ, si ardemment désiré, se consolidera heureusement partout par l'union des âmes et des cœurs.

Enfin, Nous ne voulons pas achever cette lettre encyclique, Vénérables Frères, sans vous communiquer une chose qui certainement vous sera agréable. Nous désirons qu'à cette fête centenaire se rattache un souvenir liturgique qui contribuera à développer parmi le clergé et les fidèles la dévotion envers la souveraine Mère de Dieu. Nous avons donc ordonné à la Suprême Congrégation des Rites sacrés d'éditer un office et une messe de la maternité divine que l'Eglise universelle célébrera.

Comme gage des récompenses célestes et en témoignage de Notre paternelle bienveillance, Nous vous accordons volontiers dans le Sei-

---

Fratres, et clero populoque vestro, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Decembris, in Festo Nativitatis D. N. Iesu Christi, anno MDCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI.

---

gneur à tous et à chacun, Vénérables Frères, à votre clergé et à vos fidèles, la Bénédiction apostolique.

Donné à Rome, auprès de Saint-Pierre, le 25<sup>e</sup> jour de décembre, en la fête de la Nativité de Notre-Seigneur Jésus-Christ, en l'année 1931, la dixième de Notre pontificat.

PIE XI, PAPE.



## DEUXIÈME PARTIE

---

# Actes des Dicastères pontificaux

DÉCRETS, RESCRITS, RÉPONSES, ETC.





*SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII*

---

**DECRETUM**

de « educatione sexuali » et de « eugenica ».

---

In Congregatione generali Sancti Officii habita feria IV, die 18 Martii 1931, propositis dubiis quae sequuntur :

I. An probari queat methodus quam vocant, « educationis sexualis » vel etiam « initiationis sexualis » ?

II. Quid sentiendum de theoria sic dicta « eugenica », sive « positiva » sive « negativa », deque indicatis ab ea mediis ad humanam progeniem in melius provehendam, posthabitis legibus seu naturalibus, seu divinis, seu ecclesiasticis ad matrimonium singulorumque iura spectantibus ?

Emi ac Revmi DD. Cardinales fidei morumque integritati tuendae praepositi, re diligenti examine discussa praehabitoque

---

*SUPRÊME CONGRÉGATION DU SAINT-OFFICE*

---

**DÉCRET**

sur « l'éducation sexuelle » et « l'eugénisme ».

---

Dans la Congrégation générale du Saint-Office, tenue le mercredi 18 mars 1931, réponse a été donnée aux doutes suivants :

I. Peut-on approuver la méthode appelée « éducation sexuelle » ou encore « initiation sexuelle » ?

II. Que faut-il penser de la théorie appelée « eugénisme », soit « positif », soit « négatif », et des moyens qu'elle enseigne pour améliorer la race humaine, en négligeant les lois naturelles ou divines ou ecclésiastiques qui concernent le mariage et les droits des individus ?

Les Eminentissimes et Révérendissimes Cardinaux préposés à la sauvegarde de l'intégrité de la foi et des mœurs ont, après un sérieux

Revmorum Patrum Consultorum suffragio, respondendum decreverunt :

Ad I. *Negative* : et servandam omnino in educatione iuventutis methodum ab Ecclesia sanctisque viris hactenus adhibitam et a Ssmo Domino Nostro in Encyclicis Litteris *De christiana iuventutis educatione* datis sub die 31 Decembris 1929 commendatam. Curandam scilicet imprimis plenam, firmam, nunquam intermissam iuventutis utriusque sexus religiosam institutionem; excitanda in ea angelicae virtutis aestimationem, desiderium, amorem; eique summopere inculcandum ut instet orationi, Sacramentis Poenitentiae et Smae Eucharistiae sit assidua, Beatam Virginem sanctae puritatis Matrem filiali devotione prosequatur eiusque protectioni totam se committat; periculosas lectiones, obscoena spectacula, improborum conversationem et quaslibet peccandi occasiones sedulo devitet.

Proinde nullo modo probari possunt quae ad novae methodi propugnationem, postremis hisce praesertim temporibus, etiam a nonnullis catholicis auctoribus, scripta sunt et in lucem edita.

Ad II. Eam esse omnino improbandam et habendam pro falsa

examen et après avis préalable des Révérendissimes Pères consultants, répondu par le décret suivant :

Au premier doute : *négalivement*, en recommandant au contraire de bien observer, dans l'éducation de la jeunesse, la méthode employée jusqu'ici par l'Eglise et par les saints éducateurs, et que Notre Saint-Père le Pape a recommandée dans sa Lettre Encyclique *sur l'Education chrétienne de la jeunesse*, en date du 31 décembre 1929 : c'est-à-dire qu'il faut avant tout veiller à donner à la jeunesse de l'un et l'autre sexe une instruction religieuse complète, forte et ininterrompue; qu'il faut la pousser à l'estime, au désir et à l'amour de la vertu angélique; qu'il faut la persuader de recourir surtout à la prière et d'être assidue aux sacrements de Pénitence et d'Eucharistie; qu'elle doit vouer une dévotion filiale à la Vierge, Mère de la sainte pureté, sous la protection de laquelle elle doit se placer entièrement; qu'elle doit éviter enfin avec soin les lectures dangereuses, les spectacles obscènes, les conversations déshonnêtes et toutes les autres occasions de pécher.

Donc, on ne peut d'aucune façon approuver ce qui, concernant la propagande en faveur d'une nouvelle méthode, a été écrit et publié spécialement ces derniers temps, même par quelques auteurs catholiques.

Au deuxième doute : il faut la réprouver tout à fait et la tenir pour fautive et pour condamnée, aux termes mêmes de l'Encyclique sur le



et damnata, ut in Encyclicis Litteris de matrimonio christiano *Casti connubii* datis sub die 31 Decembris 1930.

Hanc autem Emorum Patrum resolutionem Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI sequenti feria V die 19 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adessori impertita, plane approbare et confirmare dignatus est eamque publici iuris faciendam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 21 Martii 1931.

A. SUBRIZI, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

---

mariage chrétien : *Casti Connubii*, en date du 31 décembre 1930.

Cette sentence de Eminentissimes Pères, Notre Saint-Père le Pape Pie XI, par la divine Providence, dans l'audience ordinaire qu'il a accordée le jour suivant au Révérend Assesseur, le jeudi 19 du même mois et de la même année, a daigné l'approuver et la confirmer complètement et en a ordonné la publication.

Donné à Rome, au Palais du Saint-Office, le 21 mars 1931.

A. SUBRIZI, *Notaire de la Suprême S. Cong. du Saint-Office.*

# SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

---

## DECRETUM

de pia societate « Catholica Unio »

---

Quanta laude digni sint qui ecclesiasticas vocationes adiuvant, pluribus insignibus documentis S. Sedis, praesertim nostris diebus datis, clarissime apparet. Qua in re, bene peculiariter de Ecclesia merentur qui vires suas impendunt ut rite instituantur sacerdotes orientales, qui ad dissidentes in Oriente fratres ad unitatem Ecclesiae reducendos destinati sunt. Iam, pro iuvenibus orientalibus nonnulla florent Seminaria, sive in Oriente, sive in Occidente, praesertim Romae; et iam satis patet quantum ipsa inserviant ad faciliorem reddendum dissidentium reditum in Christi ovile. Memoranda huc faciunt verba Summi Pontificis Leonis XIII, f. r., in Litteris Apostolicis *Orientalium*

---

S. CONGRÉGATION POUR L'ÉGLISE ORIENTALE

---

## DÉCRET

concernant la pieuse société « l'Union catholique ».

---

Il apparait clairement de plusieurs documents importants émanant du Saint-Siège, principalement de nos jours, en quelle estime sont tenus ceux qui apportent leur aide aux vocations ecclésiastiques. Et ils méritent encore davantage de l'Eglise, ceux qui consacrent toutes leurs forces à ce que des prêtres orientaux soient convenablement instruits, pour ramener à l'unité de l'Eglise leurs frères dissidents de l'Orient. Quelques séminaires pour de jeunes Orientaux existent de nos jours avec succès, soit en Orient, soit en Occident, notamment à Rome; et on s'aperçoit suffisamment, dans quelle proportion ils apportent déjà leur concours pour faciliter le retour des dissidents au troupeau du Christ. Les paroles suivantes du Souverain Pontife Léon XIII, d'heureuse mémoire, extraites des Lettres Apostoliques *Orientalium*

*dignitas* : « Maxime Nos tenet cura, ut condantur opportunioribus in Oriente locis seminaria, collegia, instituta omne genus, eaque prorsus ad iuvenes incolas ipso ritu patrio formandos in suorum auxilia. Hoc propositum, in quo dici vix potest quanta religioni inhaereat spes, studiose Nos aggredi, prolixisque subsidiis provehere, affluente, ut confidimus, catholicorum ope, deliberatum habemus. Sacerdotum indigenarum operam, quippe et convenientius impensam et cupidius acceptam, multo futuram quam advenarum fructuosiore, paulo fusius a Nobis monstratum in encyclicis litteris quas dedimus superiore anno de collegiis clericorum in Indiis Orientalibus constituendis ».

Cum vero inter instituta et societates quae pro reditu dissidentium quomodocumque adlaborant, pia Societas quae *Catholica Unio* nuncupatur, hunc finem praesertim sibi proposuerit, vocationes nempe ecclesiasticas pro Oriente fovendi et excolendi, eius Praeses R. P. D. Marius Besson, Episcopus Lausannen., Geneven. et Friburgensis, preces Sacrae huic Congregationi obtulit, ut iste peculiaris finis Societatis *Catholica Unio* confirmaretur, et ipsa Societas novo publico documento a Sede Apostolica approbaretur.

---

*dignitas* le rappellent : « Nous désirons vivement voir fondés, dans les lieux de l'Orient les mieux appropriés, des collèges, des séminaires, des institutions de tout genre, entièrement destinés à instruire, dans le rite de leur pays, des jeunes gens qui se consacrent au service des fidèles de leur nation. Nous avons résolu d'entreprendre avec ardeur la réalisation de ce projet, dont les promesses pour l'Eglise dépassent tout ce qu'on peut dire, et d'y consacrer d'abondantes ressources avec le généreux secours des catholiques, sur lequel nous comptons. Le ministère des prêtres indigènes, organisé d'une façon appropriée aux besoins des fidèles et accepté par eux avec plus d'ardeur, sera beaucoup plus fructueux que celui des étrangers. Nous l'avons démontré un peu plus longuement dans la lettre encyclique que Nous avons publiée l'année dernière en faveur de l'établissement de séminaires dans les Indes Orientales. »

Or, parmi les Instituts et Sociétés, qui travaillent de toutes manières au retour des dissidents, la pieuse société, qui a pour nom l'*Union catholique*, se propose principalement cette fin, à savoir promouvoir et cultiver les vocations ecclésiastiques pour l'Orient. Son président, M<sup>sr</sup> Marius Besson, évêque de Lauzanne, Genève et Fribourg, a sollicité de cette Sacrée Congrégation, la confirmation de cette fin particulière de la société dite *Union catholique*, et l'approbation de cette

Hiscæ precibus Sacra Congregatio annuendum esse censens, rem totam maturo examini subiecit in plénariis Comitibus, die 4 Iulii 1930 in Civitate Vaticana habitis, et Emi ac Revmi Patres, approbante Summo Pontifice, Pio div. Prov. Pp. XI, statuerunt : « Proprium ac peculiarem finem piæ Societatis *Catholica Unio* esse adlaborare pro fovendis, excolendis et utcumque adiuvandis ecclesiasticis vocationibus orientalium indigenarum, et providere necessitatibus Seminariorum ubi alumni orientales indigenæ aluntur ac instituuntur, id imitando pro Orientalibus, quod Pontificium Opus a S. Petro Apostolo prosequitur pro Latinis, iuxta statuta ipsius Societatis *Catholica Unio*, quæ approbationem nacta fuerunt mense Septembri anno 1924, nonnullis tantummodo immutatis. »

Eadem idcirco Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, præsentî decreto approbationem antea datam piæ Societati *Catholica Unio* confirmat, eius statuta, prout sequuntur, noviter aptata, servanda iubet, et indulgentias, die 18 Septembris 1924 concessas, renovat ad decennium. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

---

même société par un nouveau document public du Siège apostolique.

Pensant que cette demande devait être prise en considération, la Sacrée Congrégation a soumis la chose à un examen approfondi en Conseil plénier, qui se tint le 4 juillet 1930 dans la Cité du Vatican. Et les Eminentissimes et Révérendissimes Pères, avec l'approbation du Souverain Pontife Pie XI, Pape par la divine Providence, ont statué : « Que la fin propre et particulière de la pieuse société l'*Union catholique* était de travailler à promouvoir, cultiver et aider les vocations ecclésiastiques des Orientaux indigènes, et de pourvoir aux besoins des séminaires recevant et instruisant les alumnistes orientaux indigènes, imitant en cela, pour les Orientaux, ce que l'OEuvre Pontificale de Saint-Pierre-Apôtre poursuit pour les Latins, suivant les statuts de cette dite société l'*Union catholique*, qui ont été approuvés, en septembre 1924, et auxquels quelques changements seulement doivent être faits. »

C'est pourquoi la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale confirme l'approbation donnée auparavant par le décret ci-dessus à la pieuse société l'*Union catholique*, ordonne de suivre les statuts, nouvellement adoptés, qui se trouvent ci-après, et renouvelle pour dix ans les indulgences concédées le 18 septembre 1924. Quoi qu'il en soit des choses peu opposées.

*Statuta piæ Societatis « Catholica Unio ».*

I. Pia Societas *Catholica Unio* eo præsertim ac peculiariter tendit ut cleri indigenæ orientalis, cuiuscumque ritus, rectam institutionem adiuvet ad efficacius adlaborandum pro reditu dissidentium ad unitatem Ecclesiæ.

II. *Catholica Unio* hunc finem sequenti modo consequi studet :

a) Ardentes preces Deo fundendo ut iuvenes, præsertim indigenas orientales, ad sacerdotium vocare dignetur.

b) Preces et pia opera a fidelibus ad eundem finem postulando.

c) Vocationes ecclesiasticas adiuuando et potissimum Seminariorum pro clero orientali indigena erectionem fovendo, eaque re ditibus dotando et socios hortando ut largitiones et subsidia ad hoc comparent, sive stipem inter fideles colligendo, sive benefactoribus pie suadendo ut vel statutam pecuniæ summam quotannis donent, vel quemdam e Seminariorum alumni, ut aiunt, adoptent, vel denique annum redditum vulgo *borsa di studio* constituent, quo unus saltem ex alumni in Seminariis perpetuo sustentetur ac instituat.

III. *Catholice Unionis* Praeses generalis nominatur a Sacra

*Statuts de la pieuse société l' « Union catholique ».*

I. La pieuse société l'*Union catholique* tend, principalement et particulièrement à favoriser, pour le clergé indigène oriental, de quelque rite que ce soit, l'établissement d'institution pour travailler plus efficacement au retour des dissidents à l'unité de l'Eglise.

II. L'*Union catholique* poursuivra cette fin par les moyens ci-après :

a) Adressant d'ardentes prières à Dieu, pour qu'il daigne appeler au sacerdoce des jeunes gens originaires de l'Orient.

b) Provoquant des prières et œuvres pies des fidèles à la même intention.

c) Aidant les vocations ecclésiastiques et facilitant l'érection de séminaires pour le clergé oriental en les dotant de revenus et exhortant ses associés à les pourvoir de largesses et subsides, soit en organisant des quêtes parmi les fidèles, soit en convaincant des personnes charitables à donner chaque année une somme d'argent déterminée ou à adopter un alumniste du Séminaire, ou enfin à constituer une bourse d'études, qui assurera à perpétuité la subsistance d'au moins un des élèves du Séminaire.

III. Le président général de l'*Union catholique* est nommé par la

Congregatione pro Ecclesia Orientali, a cuius auctoritate Societas omnino pendet; membra vero Consilii centralis eliguntur a Praeside generali, sed adprobatione ipsius Sacrae Congregationis indigent.

IV. Sunt membra *Catholicae Unionis* omnes et singuli fideles qui Societati se inscribunt, sese obligando ad aliquas preces quotidie Deo fundendas ut bonos operarios in messem suam mittere dignetur, et ad obolum, quolibet modo ut supra, elargiendum.

V. Praeses generalis de stipe collecta quotannis rationem reddet Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali, quae Summo Pontifici omnia aperiet, et collatis consiliis cum Pontificia Commissione pro Russia, eundem Ssmum Dominum rogabit de partitione iuxta necessitates facienda.

VI. *Unionis Catholicae* sectiones, in regionibus, in quibus ipsa Unio usque adhuc non est iam fundata, ne constituentur inconsulto Ordinario, cuius arbitrio relinquitur hoc opus in suam dioecesim excipere, eique praesidem dioecesanum dare.

VII. Praesides dioecesani quotannis Consilio generali de stipe collecta rationem reddent.

Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale, dont dépend ladite Société; les membres du Conseil central seront choisis par le président général, qui en demandera toutefois la ratification à la Sacrée Congrégation.

IV. Sont membres de l'*Union catholique* tous les fidèles qui s'inscrivent à la société, en s'obligeant à adresser à Dieu, chaque jour, quelques prières, afin qu'il daigne envoyer de bons ouvriers pour la moisson, et à donner une obole, suivant ce qui a été indiqué plus haut.

V. Le président général rendra compte chaque année de l'argent reçu à la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale, qui en fera part au Souverain Pontife et, après entente avec la Commission pontificale pour la Russie, sollicitera le Saint-Père d'en faire la répartition suivant les nécessités.

VI. Des sections de l'*Union catholique*, où il n'en existe pas encore, ne pourront être constituées sans l'assentiment de l'Ordinaire, à qui il appartient d'agréer cette œuvre dans son diocèse et d'en nommer un président diocésain.

VII. Les présidents diocésains rendront compte chaque année au Conseil général des collectes effectuées.

VIII. Si quando *Catholica Unio* dissolvatur, res propriae eius in possessionem transibunt Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, quae ea adhibebit secundum finem ipsius Societatis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die Epiphaniae Domini 1931.

A. card. SINCERO, *a Secretis*.

H. I. CICOGNANI, *Adsessor*.

---

VIII. Dans le cas où l'*Union catholique* se dissoudrait, ses biens passeraient à la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale, qui les attribuerait suivant le but de ladite société.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Congrégation pour l'Eglise orientale, en la fête de l'Epiphanie de l'année 1931.

A. card. SINCERO, *Secrétaire*.

H. I. CICOGNANI, *Assesseur*.

# *SACRA CONGREGATIO CONCILII*

---

## **DECRETUM**

de sacrarum campanarum usu.

---

Decet omnino campanas consecratas vel benedictas, quas « cuilibet ecclesiae esse convenit, quibus fideles ad divina officia aliosque religionis actus invitentur », ad eum tantummodo usum adhiberi, qui ab ecclesiastica auctoritate, « cui earum usus unice subest », expresse est praescriptus, ad normam canonis 1169 §§ 1-3 Codicis iuris canonici.

Iamvero quae de legitimo campanarum sacrarum usu ecclesiastica auctoritas non semel, anteactis temporibus, statuerat, eadem ipsa redegit in memorato canone 1169, § 4 hisce verbis : « Salvis condicionibus, probante Ordinario, appositis ab illis qui campanam ecclesiae forte dederint, campana benedicta ad

---

## *SACRÉE CONGRÉGATION DU CONCILE*

---

### **DÉCRET**

sur l'usage des cloches sacrées.

---

Il est de toute convenance que les cloches consacrées ou bénites dont « chaque église doit être pourvue et qui invitent les fidèles aux offices divins et aux autres actes de la religion » ne servent qu'au seul usage qui leur est expressément prescrit par l'autorité ecclésiastique « à qui seule en revient l'usage », conformément aux canons 1169, §§ 1-3, du Code de Droit canonique.

En vérité, ce que l'autorité ecclésiastique avait plus d'une fois dans les temps passés décidé au sujet de l'usage légitime des cloches sacrées a été exprimé dans le canon cité 1169, § 4, en ces termes : « Sauf les conditions, approuvées par l'Ordinaire et que les donateurs de la cloche de l'église ont pu poser, la cloche bénite ne peut pas être



usus mere profanos adhiberi nequit, nisi ex causa necessitatis aut ex licentia Ordinarii aut denique ex legitima consuetudine ».

Porro ex relatis a nonnullis locorum Ordinariis constat, parochos et rectores ecclesiarum non deesse, qui, Ordinariis suis inconsultis, vel proclives omnino sese praebeant, vel facile sinant, ut campanae suae cuiusque ecclesiae ad usus mere profanos seu civiles adhibeantur.

Quare ad omne, si quod esse possit, dubium in re amovendum et ad abusus compescendos, haec Sacra Congregatio Concilii praescriptum eiusdem canonis 1169 § 4 in mentem revocandum eiusdemque observantiam urgendam esse censet.

Praesenti itaque decreto mandat parochis aliisque ecclesiarum rectoribus ut ipsi campanarum sacrarum usum in suis ecclesiis ad normam Codicis iuris canonici adamussim moderentur, requisita etiam tempestive et habita proprii Ordinarii licentia, si, gravi ex causa, sacrae campanae in usum non stricte religiosum sint quandoque adhibendae.

Quod quidem mandatum ut ab omnibus, quorum interest, rite servetur, Ordinarii locorum vigilantiam atque curam

employée pour des usages purement profanes si ce n'est par nécessité ou avec la permission de l'Ordinaire ou enfin par une coutume légitime. »

D'après ce que disent plusieurs évêques, il arrive qu'un certain nombre de curés et recteurs d'églises, sans avoir demandé l'avis de l'Ordinaire, se montrent entièrement favorables à ce que les cloches de leurs églises soient employées à des usages purement profanes ou civils ou le permettent facilement.

Pour cette raison, afin de supprimer tout doute s'il pouvait en exister à ce sujet et pour réprimer les abus, cette Sacrée Congrégation du Concile estime qu'il faut rappeler les dispositions du même canon 1169 § 4 et urger pour sa mise en pratique.

Aussi elle commande par le présent décret aux curés et aux autres recteurs d'églises qu'ils règlent l'usage des cloches sacrées dans leurs églises exactement d'après les dispositions du Code de Droit canonique, et qu'ils demandent à temps et obtiennent la permission de l'Ordinaire propre, qui décidera le cas où, pour une raison grave, les cloches sacrées doivent parfois être employées dans un usage qui n'est pas strictement religieux.

Pour que cette prescription soit régulièrement observée par tous les intéressés, les Ordinaires de lieux exerceront leur vigilance et toute

---

omnem, statutis quoque canonicis poenis, impendant, atque inobedientes, si res ferat, ad hanc Sacram Congregationem deferant.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 20 mensis Martii anno 1931.

I. card. SERAFINI, *Praefectus*.

I. BRUNO, *Secretarius*.

---

leur application, même par les peines canoniques prescrites, et, si le cas l'exige, déféreront les désobéissants à cette Sacrée Congrégation.

Donné à Rome, à la Secrétairerie de cette même Sacrée Congrégation, le 20 mars 1931.

I. card. SERAFINI, *Préfet*.

I. BRUNO, *Secrétaire*.

# DECRETUM

## De habitu ecclesiastico a clericis deferendo.

---

Prudentissimo sane consilio ab Ecclesia provisum est, ut clerici, in sortem Domini vocati, per decentiam habitus extrinseci, intrinsecam morum honestatem ostendant et a laicis etiam habitu secernantur. Qui quidem habitus, quamquam, pro diversis temporibus et locis, non unam praetulerit formam et colorem, semper tamen proprium quid ac singulare clericali ordini congruum retinuit ac retinet, quo tamquam *habitus ecclesiasticus* seu *clericalis* et nominetur et habeatur.

Disciplina in hac re vigens continetur in canone 136 § 1 Codicis iuris canonici his verbis : « Omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta, deferant; tonsuram seu coronam clericalem, nisi recepti populorum mores aliter ferant, gestent, et capillorum simplicem cultum adhibeant. »

Porro huic Sacrae Congregationi Concilii exploratum est non

---

## DÉCRET

### sur le port de l'habit ecclésiastique par les clercs.

---

Par une disposition pleine de sagesse, l'Eglise a pourvu à ce que les clercs, appelés au partage du Seigneur, montrent dans la décence de leurs vêtements extérieurs l'intime honnêteté de leurs mœurs, et à ce qu'ils se distinguent des laïques même par le costume. Cet habit n'a pas eu, sans doute, en tout temps et en tout lieu, une même forme et une même couleur, il a toujours été cependant et il est encore singulièrement approprié à l'état clérical. C'est pour cela qu'on l'appelle *vêtement ecclésiastique* ou *clérical* et qu'il est reçu comme tel.

La règle en vigueur à ce sujet se trouve au canon 136 § 1 du Droit canonique. Elle porte : « Que tous les clercs revêtent un habit ecclésiastique décent et qui se conforme aux coutumes légitimes du pays et aux prescriptions de l'Ordinaire; qu'ils portent la tonsure ou la couronne cléricale à moins d'une pratique différente dans le pays et qu'ils prennent de leur chevelure un soin modeste. »

Or, il est revenu à la Sacrée Congrégation du Concile que, surtout

omnes clericos, in nonnullis praesertim regionibus, memorati canonis disciplinam servare. Sunt enim qui, propriam dignitatem et honorem clericalem parvi pendentes, contra legitimam consuetudinem et Ordinarii loci praescripta, vestes etiam publice, tum forma tum colore, prorsus laicales deferant, nec ipsam tonsuram clericalem gestent. Ex quo facile sequitur, ut populus christianus erga coetum clericalem debitum obsequium minuat et clerici ipsi sese periculo exponant non solum agendi ea quae a statu clericali sunt aliena et indecora; sed etiam, quod Deus avertat, e suo statu omnino deficienti. Nec desunt sacerdotes, qui habitu, quem supra diximus, utuntur etiam in ecclesia in sacris peragendis, in sede confessionali, in Missa celebranda, in Ssma Eucharistia distribuenda.

Iamvero ad omnes abusos in hac re removendos et ad disciplinam ecclesiasticam firmandam atque urgendam, haec Sacra Congregatio Concilii praesenti decreto mandat, ut omnes clerici, praeter clericalem tonsuram, decentem habitum ecclesiasticum publice semper, non excepto tempore aestivarum vacationum, deferant, habitum scilicet, quem legitima consuetudo et Ordinarii loci praescriptum in propria regione ordini clericali congruentum agnoverint.

---

en un assez grand nombre de régions, tous les clercs n'observent pas la règle du canon cité. Il en est, en effet, qui font bon marché de leur dignité personnelle et de l'honneur du clergé. Contre l'usage reçu et les prescriptions de l'Ordinaire, ils revêtent même en public des vêtements entièrement laïques et de forme et de couleur; ils ne portent même pas la tonsure cléricale. Il s'ensuit naturellement que le peuple chrétien perd de son respect pour le clergé, et celui-ci s'expose au danger non seulement d'accomplir des actes qui ne siéent pas à son état, mais encore, Dieu l'en préserve, d'abandonner cet état tout à fait.

Il y en a même qui se revêtent de cet habit jusque dans l'église et pour la célébration des fonctions sacrées : au confessionnal, dans la célébration de la messe, dans la distribution de la très sainte Eucharistie.

Dès lors, pour écarter sur ce point tous les abus, pour étayer et resserrer la discipline ecclésiastique, la Sacrée Congrégation du Concile lance le présent décret : Que tous les clercs, outre la tonsure cléricale, portent toujours en public un vêtement ecclésiastique décent et même l'été pendant les vacances. Ce vêtement sera celui qu'une coutume reçue et les prescriptions de l'Ordinaire auront reconnu convenir au clergé dans le pays.

Insuper eadem Sacra Congregatio sacerdotes graviter monet ut religiosissime servent etiam praescriptum canonis 811 § 1 : « Sacerdos, Missam celebraturus, deferat vestem convenientem quae ad talos pertingat » : qua quidem veste curandum est ut sacerdotes utantur etiam in Sacramentis publice ministrandis. Parochi et rectores ecclesiarum in sua quisque ecclesia ad celebrandum Missae sacrificium sacerdotes ne admittant nisi sint, iuxta praescriptum canonis 804 § 2, ecclesiastica veste induti, veste nempe de qua in canone 811 § 1.

Ut vero praesens decretum ab omnibus, ad quos spectat, admissim servetur, eadem Sacra Congregatio peculiarem Ordinariorum locorum diligentiam atque vigilantiam excitat, qui, si casus ferat, in renitentes animadvertant ad normam canonum 136 § 3, 188 n. 7, 2379 Codicis iuris canonici.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 28 Iulii anno 1931.

I. card. SERAFINI, *Praefectus*.

I BRUNO, *Secretarius*.

De plus, la Sacrée Congrégation donne aux prêtres le grave avertissement d'observer avec scrupule les prescriptions du canon 811 § 1 : « Que le prêtre qui va célébrer revête un habit convenable et qui lui tombe aux talons. On veillera à ce que l'usage de ce vêtement soit apporté aussi par les prêtres à l'administration des sacrements.

Que les curés et les recteurs d'église n'admettent pas de prêtres à célébrer chez eux le sacrifice de la messe, s'ils ne sont pas vêtus, suivant le canon 804 § 2, de l'habit ecclésiastique, à savoir conforme au canon 811 § 1.

Pour que le présent décret soit observé à la lettre par tous ceux qu'il concerne, la Sacrée Congrégation fait appel à la vigilance et au soin tout particulier des Ordinaires. Si le cas le comporte, qu'ils prennent contre les réfractaires les mesures prévues aux canons 136 § 3, 188 n. 7, 2379 du Code de Droit canonique.

Nonobstant toutes dispositions contraires.

Fait à Rome, à la Secrétairerie de la dite Sacrée Congrégation, le 28 juillet 1931.

I. card. SERAFINI, *Préfet*.

I. BRUNO, *Secrétaire*.

# *SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS*

---

## **INSTRUCTIO**

AD SUPREMOS RELIGIONUM

ET SOCIETATUM CLERICALIUM MODERATORES :

de formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum, deque scrutinio ante ordinum susceptionem peragendo.

---

1. Quantum Religiones omnes ac Societates ad salutem conferant populorum, sive hi iam Christi fide sint regenerati, sive adhuc in idololatriae tenebris et in mortis umbra sedeant, vix poterit verbis edici. Eorum quippe alumni ii sunt qui, evangelica secuti consilia, atque mundo despecto, totos se divino ser-

---

# *SACRÉE CONGRÉGATION DES RELIGIEUX*

---

## **INSTRUCTION**

AUX SUPÉRIEURS GÉNÉRAUX

DES INSTITUTS RELIGIEUX ET DES SOCIÉTÉS DE PRÊTRES

sur la formation cléricale et religieuse des vocations sacerdotales et sur l'examen qui doit précéder les ordinations.

---

1. A peine est-il possible d'exprimer ce que font tous les Instituts et toutes les sociétés religieuses pour le salut des peuples, que ceux-ci soient régénérés déjà par le christianisme ou qu'ils se tiennent encore dans les ténèbres de l'idolâtrie et à l'ombre de la mort. Leurs membres ont, en effet, suivi les conseils évangéliques, ils ont méprisé le

vitio mancipantes, professionis suae virtute, aliud non quaerunt quam Dei regnum in terris promovere, prout non ita pridem Ssmus Dominus Noster Pius XI testabatur (Ep. apost. *Unigenitus Dei Filius*, XIX Martii MDCCCCXXIV) : « Ex hac igitur tanta religiosorum Ordinum varietate, quasi ex dissimilibus arboribus in agro dominico consitis, magna oritur et in salutem gentium provenit fructuum varietas; atque nihil sane pulcrius atque adspectu delectabilius quam harum complexus atque universitas Sodalitatum, quae, etsi ad unum atque idem denique spectant, habent tamen suum quaeque industriae et laboris campum, a ceteris aliqua ex parte distinctum. Fieri enim divinae Providentiae consilio solet, ut, quotiescunque novis est necessitatibus occurrendum, nova item religiosa instituta excitentur ac floeant. »

2. Qui status, quam sublimis et nobilis sit, nuper eloquenter edisserebat idem Beatissimus Pater in nuntio radiophonico ad totum terrarum orbem transmisso, 12 Febr. 1931, dum religiosos omnes alloquens, quos « filios et filias praedilectionis Nostrae » nominabat, eos esse dicebat, « qui quaeve charismata meliora aemulantes, atque in fide sanctissimorum votorum et in religiosa disciplina totius vitae nedum praeceptis sed et deside-

---

monde, se sont voués tout entiers au service de Dieu par leur profession et n'ont d'autre désir que celui de promouvoir son règne sur la terre. Ainsi le déclarait, il n'y a pas si longtemps, Sa Sainteté Pie XI : « Cette si grande variété d'Ordres religieux — tels des arbres d'essences diverses plantés dans le champ du Seigneur — produit des fruits également très variés et abondants pour le salut du genre humain. Et il n'est assurément pas de spectacle plus beau et plus agréable que l'homogénéité et l'harmonieuse diversité de ces Instituts : tous tendent finalement vers le même et unique but, et chacun, toutefois, a ses œuvres spéciales de zèle et d'activité, distinctes des autres par quelque endroit. Car c'est la méthode habituelle de la divine Providence de répondre à chaque besoin nouveau par la création et le développement d'un nouvel Institut religieux. »

2. Récemment, le Saint-Père soulignait encore avec éloquence toute la sublimité, toute la noblesse de cet état dans son message radiophonique du 12 février 1931, qui fut transmis à toute la terre. S'adressant à tous les religieux, il les appelait « fils et filles de Notre prédilection » et leur disait : « Vous qui, aspirant aux dons supérieurs et en observant, dans la fidélité des vœux très saints et dans la discipline religieuse de toute la vie, non seulement les préceptes,

riis consiliisque divini Regis et Sponsi obsecundantes, Ecclesiam Dei virgineo odore fragrantem facitis, contemplationibus illustratis, orationibus fulcitis, scientia et doctrina ditatis, ministerio verbi et apostolatus operibus in dies percolitis et augetis. Igitur vere caelestis et angelicae vocationis participes, quanto pretiosorem thesaurum gestatis, tanto diligentiorum adhibeatis custodiam, non solum ut certam vestram vocationem et electionem faciatis, verum etiam ut in vobis, tanquam in servis apprime fidelibus et devotis, cor Regis et Sponsi consolationem et reparationem aliquam inveniat pro infinitis offensionibus et negligentis quibus homines ineffabilem Eius dilectionem rependant ».

3. Cum ergo religiosorum status adeo praecellens sit, nihil mirum si humanae salutis hostis nullum non moveat lapidem, ut eos, qua perversis suasionibus, qua mundanarum voluptatum adlectu, qua denique passionum concitatione, ab eiusdem status sublimitate deiiciat. Re quidem vera, non desunt graves desertionum casus, nedum ab statu religioso, verum etiam ab ipsa sacra militia, in quam per ordinum susceptionem fuerant viri religiosi cooptati. Quod, quanto accidat eorumdem religiosorum, immo ipsius religionis, detrimento atque christifidelium scan-

---

mais encore les désirs et les conseils de votre divin Epoux et Roi, vous remplissez et augmentez chaque jour l'Eglise de Dieu d'une odeur virginale par la contemplation et la prière, la science et la doctrine, par le ministère de la parole et l'apostolat des œuvres. C'est pourquoi, participant à une vocation vraiment céleste et angélique, vous devez veiller à conserver ce trésor avec un soin d'autant plus grand que ce trésor est le plus précieux, non seulement pour assurer votre vocation, mais aussi pour que le cœur de votre Epoux et Roi puisse trouver en vous, comme en des serviteurs très fidèles et dévoués, quelque consolation et réparation pour les infinies offenses et négligences par lesquelles les hommes le payent de son amour ineffable. »

3. Si l'état des religieux est prééminemment à ce point, il n'y a pas lieu de s'étonner que l'ennemi de notre salut n'y soulève quelque obstacle. Par de perverses insinuations, par l'appât des voluptés du monde, enfin par l'ébranlement des passions, il fait tout pour les précipiter de cet état sublime. De fait, les cas graves de désertion ne manquent pas, et non seulement de l'état religieux, mais aussi de cette sainte milice où leur ordination les avait enrôlés. Tout le monde voit le grand dommage qui en résulte pour les religieux, pour la religion elle-même, et aussi le grand scandale des fidèles. C'est pour-



dalo, nemo est qui non videat. Quapropter, arrepta occasione Instructionis, non ita pridem a Sacra Congregatione de Sacramentis ad locorum Ordinarios missae super scrutinio candidatorum instituendo antequam ad ordines promoveantur (Instructio 27 Dec. 1930), Sacra haec Congregatio Religiosorum, ut muneri suo satisfaciat, facto verbo cum Sanctissimo ac de ipsius speciali mandato, haec quae sequuntur, id Moderatorum Religionum ac Societatum clericalium memoriam, revocare, atque, ubi opus sit, praecipere decrevit.

## I

*De formatione alumnorum ad ordines promovendorum.*

4. Ex ipsa rerum natura atque quotidiana experientia accipimus, Religionum prosperitatem ab alumnorum formatione, sicut a cultura pulcritudinem arborum potissimum pendere. Quod ita exponebat sanctae memoriae Pius IX (Litt. apost. *Ubi primum*, XVII Iunii MDCCCXLVII) : « Cum ex diligenti tyronum admissione atque optima illorum institutione latius cuiusque sacrae familiae status decorque plane pendeat, vos summo-pere hortamur, ut eorum qui religiosae vestrae familiae nomen daturi sunt, indolem, ingenium, mores antea accurate explo-

---

quoi, à l'occasion de l'Instruction qui vient d'être envoyée par la Sacrée Congrégation des Sacraments aux Ordinaires, sur l'examen des candidats avant leur promotion aux ordres, la Sacrée Congrégation des Religieux veut satisfaire aux devoirs de sa charge. Elle a pris l'avis de Sa Sainteté et, sur son ordre spécial, elle a décrété de rappeler ce qui suit à l'attention des Supérieurs d'Instituts religieux et de Sociétés de prêtres et de l'ordonner s'il est besoin.

## I

*Sur la formation des étudiants qui doivent être promus aux ordres.*

4. La nature même des choses et une expérience quotidienne nous apprennent que la prospérité des Instituts religieux dépend avant tout de la formation de leurs membres, comme la beauté des arbres des soins de la culture. Pie IX, de sainte mémoire, l'exprimait en ces termes : « Une sévère admission des recrues et leur parfaite formation sont de très grande importance pour la solidité d'une maison religieuse et pour sa beauté. Nous vous y exhortons de toutes nos forces; que ceux qui vont entrer dans votre famille religieuse soient auparavant examinés avec soin sur leur caractère, leur intelligence

retis, ac sedulo investigetis quo consilio, quo spiritu, qua ratione ad regularem vitam ineundam ipsi ducantur. »

5. Enimvero, mature iam prudenterque delectis adolescentibus religiosae vitae candidatis, Superiores impense curabunt, ut eis una cum pietatis doctrina, ad aetatem eorum accommodata, inferiores quoque disciplinae tradantur, quae in gymnasiis tradi solent (*Cod. iur. can.*, c. 589); « ita scilicet, ut non ante ad novitium accedant, quam humanitatis, ut aiunt, curriculum confecerint, nisi sat gravis interdum causa aliter decernendum suadeat » (Pius XI, *Ep. ap. cit.*), quo casu compleri debet, antequam cursus philosophicus incipiatur.

6. Atqui imprimis, maxima diligentia, iam inde a primo candidatorum in Religionem ingressu, Superioribus adhibenda erit ut adolescentes, non gregatim, neve festinanter adsciscantur (Pius X, *Ep. Cum primum*, IV Aug. MDCCCXIII, ad. Mag. Gen. O. P.), sed ii soli, in quibus divinae vocationis indicia deprehenduntur, et spes affulget eosdem cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo addictum iri (Can. 1363 § 1). Ampliores adhuc de candidatis notitias sibi procurent Superiores antequam alumnos ad novitium admittant (Can. 544-545), et testimoniales litteras forsan insufficienter acceptas, per alias

et leurs mœurs. Vous rechercherez aussi attentivement les réflexions, l'esprit, le motif qui les ont conduits à entrer dans la vie régulière. »

5. En effet, les supérieurs choisiront d'abord avec une grande prudence les jeunes aspirants à la vie religieuse, ils veilleront ensuite avec soin à leur donner tout ensemble un enseignement de piété adapté à leur âge et les éléments de science qu'on reçoit dans les collèges. « Ils ne doivent pas entrer au noviciat avant d'avoir achevé ce qu'on appelle le cycle des humanités, à moins qu'une cause suffisamment sérieuse n'en fasse parfois décider autrement. » En ce cas, le cycle devra être complété avant le début du cours de philosophie.

6. Surtout, le plus grand soin sera apporté par les supérieurs, dès le premier instant de l'entrée en religion des aspirants, à ne pas les admettre à la hâte et par troupes. On n'acceptera que ceux chez qui on aura rencontré des indices de cette sainte vocation et dont on a l'espoir qu'ils se consacreront pour toujours et avec fruit au ministère ecclésiastique. Que les supérieurs se procurent encore de plus amples renseignements sur les aspirants avant de les admettre au noviciat, et qu'ils suppléent aux lettres testimoniales, peut-être insuffisamment établies, par des enquêtes attentives au moyen de personnes dignes de foi. Que les supérieurs ne négligent pas non plus

accuratas investigationes a fide dignis personis habitas, suppleant. Neque negligant Superiores notitias sibi assumere de illorum familiarum moribus, utrum nempe parentes fuerint ab illis vitiis immunes, quae facile in prolem redundare possent. Nimirum, in candidatis ad sacerdotium designandis, communia vocationis religiosae indicia minime sufficiunt, sed requiruntur praeterea signa specialia clericorum statui propria. Hac ergo de causa praecipiunt sacri canones, ut novitiatus alius pro clericis, alius pro conversis habeatur, adeo ut qui pro una classe expletus fuerit, pro altera non valeat. (Can. 558.)

7. Expleto novitiatu, alumni in iis domibus collocentur, in quibus plena legum observatio floreat, praesertim quod ad perfectam vitam communem (Can. 587 § 2), necnon ad paupertatem spectat, ubi, praeterea, cetera ita sint disposita, ut praescriptum philosophiae ac theologiae cursum fructuosius valeant peragere. Quo quidem tempore cavebunt Superiores ne iuvenes a virtutum certamine animos remittant, illos ab illorum librorum aut ephemeridum lectione, quibus a bonis studiis praepedi utcumque possent, arcentes, necnon, quod ad animi recreationem pertinet, ab illis quoque exercitationibus corporeis, quae clericos minime decent, iuxta gravissimum monitum Concilii

---

de prendre des renseignements sur les mœurs de leur famille. Qu'ils sachent si les parents sont, en effet, exempts de vices où les fils pourraient facilement retomber.

En effet, pour présenter des candidats au sacerdoce il ne suffit pas le moins du monde des signes ordinaires de la vocation religieuse, il faut en outre des caractères spéciaux et propres à l'état clérical. C'est donc pour cette raison que les saints canons prescrivent un noviciat différent pour les clercs et pour les convers, et le noviciat accompli pour une catégorie ne vaut rien pour l'autre.

7. Après leur noviciat, qu'on place les étudiants en des maisons où fleurisse l'observance totale de la Règle, surtout en ce qui regarde la vie commune et la pauvreté. Qu'en outre, tout le reste y soit disposé de telle sorte qu'ils puissent y suivre avec fruit les cours prescrits de philosophie et de théologie. En ce temps-là, les supérieurs veilleront encore à ce que les jeunes gens ne se relâchent pas dans le combat spirituel; ils leur interdiront la lecture des livres et des journaux qui pourraient, de quelque façon, faire tort à de bonnes études. Et même dans les récréations, ils leur interdiront ces exercices corporels qui ne conviennent d'aucune façon à des clercs, selon le sérieux avertissement du Concile de Trente : « Il est de toute convenance pour les

Tridentini (Sess. XXI, c. I., *De reform.*) : « Sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant. » Curabunt quoque Superiores ut Magistri spiritus, quorum speciali curae toto studiorum curriculo illi committuntur, eorum animos ad vitam religiosam et clericalem, qua opportunis monitis, qua instructionibus atque adhortationibus, informant (Can. 588 § 1) : hac enim ratione, et non aliter, tandem aliquando solidam doctrinam praeferent cum sanctissima vita coniunctam.

8. Quod spectat ad sacrarum litterarum studia, gravissima verba semper prae oculis habeant eiusdem Ssmi Domini Nostri Pii XI (*Ep. ap. cit.*) : « Quam quidem rerum sacrarum cognitionem cum necesse sit Ecclesiae ministros et maximi facere et penitus percipere, id ipsum est hortationis Nostrae caput, ut sodales religiosos, sacerdotio vel iam potitos vel posthac initiandos, ad disciplinas sacras assidue excolendas excitemus, quas nisi calleant, vocationis suae munia perfecte absoluteque implere non poterunt. Cum enim iis, qui se Deo consecraverint, aut unum aut certe praecipuum propositum sit orare

---

clercs appelés au partage du Seigneur, de régler leur vie et toutes leurs mœurs de telle sorte, qu'en leurs comportements, leur maintien, leur démarche, leur conversation et en toutes choses, ils ne manifestent rien qui ne soit grave, mesuré, religieux. » Les supérieurs veilleront aussi à ce que les Pères spirituels, aux soins desquels ils ont confié les étudiants pour la durée des études, forment leurs âmes à la vie religieuse et sacerdotale. Ils y emploieront tantôt d'opportunes observations, tantôt des instructions et des exhortations. Ce n'est en effet que par là que leurs étudiants pourront allier une doctrine solide à une parfaite sainteté de vie.

8. Pour ce qui regarde l'étude des saintes Lettres, qu'ils aient toujours devant les yeux les paroles très graves de Sa Sainteté Pie XI :

« Cette science des choses divines, il est nécessaire que les ministres de l'Eglise l'aient en très haute estime et en pénètrent les profondeurs. La présente lettre a pour but principal d'exhorter les religieux, déjà honorés du sacerdoce ou qui doivent y être admis dans la suite, à l'étude assidue des disciplines sacrées : s'ils n'y deviennent point, des maîtres, ils seront incapables de remplir d'une façon parfaite tous les devoirs de leur vocation. La mission, sinon unique, du moins primordiale, de ceux qui se sont consacrés à Dieu, n'est-elle pas de le prier,

Deum et divina contemplari aut meditari, qui igitur gravissimo eiusmodi fungantur officio, nisi fidei doctrinam plane cognitam habeant atque perspectam? Quod velimus eos imprimis attendere, qui umbratiliem in caelestium rerum contemplatione vitam degunt; errant enim, si putant, theologicis studiis aut ante neglectis aut postea depositis, posse se, copiosa illa destitutos, quae e doctrinis sacris hauritur, Dei mysteriorumque fidei cognitione, facile in excelsis versari atque ad interiorum cum Deo coniunctionem efferri atque evehi. Ad ceteros autem quod attinet, sive ii docent, sive contionantur, sive animis expiandis pro tribunali poenitentiae sedent, sive in sacras expeditiones dimittuntur, sive cum populo in cotidiana vitae consuetudine sermocinantur, nonne multiplex ista ministerii sacri exercitatio eo plus habitura est roboris atque efficacitatis, quo maiore eruditionis summa niteant ac polleant? »

9. Quoniam vero haec iuvenum studiosa formatio compleri nequit ubi dissipationi locus detur, aut iuvenibus passim per diversas domos vagari, vel apud parentes commorari permittatur, ideo non absque iusta et gravi causa, de qua re Superiorum conscientia graviter onerata manet, eosdem itinera sus-

---

de contempler et méditer les choses divines? Et cette tâche si importante, comment s'en acquitteront-ils s'ils ne possèdent point de notre foi une connaissance profonde et étendue?

» Tels sont les conseils que nous voudrions voir pratiquer d'abord par ceux qui s'adonnent dans les cloîtres à la contemplation des réalités célestes. Ils se trompent, ceux qui estiment que, après des études théologiques négligées avant l'ordination ou abandonnées depuis, ils peuvent, ainsi dépourvus de cette connaissance de Dieu et des mystères de la foi que donnent les sciences sacrées, se tenir aisément sur les sommets de la perfection et être élevés à l'union intérieure avec Dieu.

» Quant aux autres religieux, qu'ils enseignent, qu'ils prêchent, qu'ils s'asseyent au tribunal de la pénitence pour réconcilier les pécheurs, qu'ils soient envoyés dans les missions ou qu'ils vivent avec le peuple en contact journalier, l'exercice de ces divers ministères n'aura-t-il pas d'autant plus de force et d'efficacité qu'ils posséderont une culture plus brillante et plus puissante? »

9. Mais cette formation intellectuelle des jeunes ne peut s'obtenir dans la dissipation; qu'on ne leur permette donc pas le va-et-vient d'une maison à l'autre, ni le séjour auprès de leurs parents. C'est pourquoi il ne leur sera pas loisible de voyager, sans une raison juste et sérieuse, et dont la conscience du supérieur est grevée lourdement,

cipere liceat, sed in domibus ad studia destinatis constanter permaneant; ibique, in exercitia pietatis ac scientiae, usque ad completum studiorum curriculum, incumbant assidue. Quod valet etiam, si quando eos, de licentia huius Sacrae Congregationis, ante completum quartum sacrae theologiae annum, presbyteratu insigniri contingat.

10. Cum autem maiores scopuli initio vitae sacerdotalis occurrere soleant, caveant Superiores ne post ordinationem et completo iam studiorum curriculo, iuvenes sibi ipsi relinquuntur, sed per aliquod tempus sub speciali cura eosdem habeant. Quod ut facilius fiat, illos in domibus ubi perfecta viget regularis observantia assignent, speciale tyrocinium, pro uniuscuiusque captu, subituros. Interim studia prosequantur et in eis iugem profectum edant ad normam sacri canonis, praecipientis ut «*religiosi sacerdotes...*, post absolutum studiorum curriculum, quotannis, saltem per quinquennium, a doctis gravibusque patribus examinentur in variis doctrinae sacrae disciplinis antea opportune designatis » (Can. 590) : de qua re, in quinquennali relatione Sacram hanc Congregationem edoctam teneant, simul rationem reddentes de causa motiva exemptionum, si quas ipsi dare censuerint.

---

mais ils demeureront en permanence dans leur maison d'études. Qu'avec assiduité ils s'adonnent en ce lieu à la pratique de la piété comme à la culture des sciences jusqu'à la fin de leurs études. Ceci vaut même pour le cas où, avec la permission de la Sacrée Congrégation, le sacerdoce serait conféré avant la fin de la quatrième année de théologie.

10. De plus grands écueils se présentent au début de la vie sacerdotale; que les supérieurs veillent donc à ne pas laisser les jeunes à eux-mêmes au-sitôt après l'ordination et les études, mais qu'ils en aient un soin spécial pendant un certain temps. Pour plus de facilité, qu'ils leur assignent des maisons où règne une parfaite observance de la règle, où ils puissent aussi faire un apprentissage spécialement approprié à leurs ressources personnelles. Entre temps, qu'ils poursuivent leurs études et qu'ils y progressent continuellement, suivant le canon 590 : «*Les religieux prêtres...*, le cycle de leurs études terminé, seront examinés au moins pendant cinq ans par des maîtres compétents et sérieux sur les disciplines des sciences sacrées qu'on leur aura indiquées en leur temps. » Les supérieurs, dans leurs rapports quinquennaux, en tiendront au courant la Sacrée Congrégation, et, le cas échéant, ils s'expliqueront sur les motifs des exemptions.

11. Haec autem omnia officia Superiores faciliore negotio adimplebunt, si in personis, quibus iuvenum institutio committitur deligendis, speciales impenderint curas, ut nonnisi viri prudentes, caritate ac pietatis observantia praestantes ad id muneris advocaverint. Ipsi vero spiritus Magistri necnon scientiarum Professores, alumnis suis, iam ab unguiculis, exemplo disciplinae religiosae et virtutum sacerdotalium esse satagant, scientes nonnihil verba, plurimum vero exempla ad animos iuvenum informandos conferre (Can. 559 § 1; 558 §§ 1, 2).

## II

*De scrutinio ante susceptionem ordinum peragendo.*

12. Quod, vi canonicae legislationis, ad ordinationem religionum attinet, Superiores maiores vel concedunt litteras dimissorias Episcopis ordinantibus (Can. 965 et 966 § 1), vel saltem alumnos ordinationi praesentant cum litteris testimonialibus (Can. 994 § 5). Hisce testimonialibus litteris Superior religiosus non solum alumnos esse de familia testatur, sed etiam de studiis peractis, deque aliis in iure requisitis fidem facit (Can. 995 § 1). Hinc liquet, gravissimam illam obligationem qua tenentur Episcopi efformandi, probandi ac seligendi proprios

---

11. Tous ces devoirs, les supérieurs les rempliront de façon plus aisée s'ils mettent un soin spécial à choisir les personnes à qui confier l'éducation des jeunes. Ils n'appelleront à cette charge que des hommes prudents, particulièrement charitables et pieux. Quant aux Pères spirituels et aux professeurs, qu'ils s'ingénient à être pour les étudiants, et dans les plus petites choses, un modèle de discipline religieuse et de vertus sacerdotales. Ils savent en effet que, si les paroles ont une certaine influence sur la formation des jeunes, les exemples en ont une incomparable.

## II

*De l'examen qui précède les ordinations.*

12. C'est un point de Droit canonique que les supérieurs majeurs donnent des lettres dimissoires aux évêques ordinants ou qu'au moins ils présentent leurs étudiants à l'ordination avec des lettres testimoniales. Par ces testimoniales, le supérieur témoigne non seulement que l'étudiant est de sa famille, mais encore qu'il a fait toutes ses études, il donne aussi les autres informations exigées par le Droit. L'obligation très grave, qui impose aux évêques de former, d'éprouver leurs propres sujets séculiers et de faire leur choix parmi eux s'ils

subditos saeculares qui sacros ordines recipere volunt, eamdem prorsus Superioribus religiosis incumbere, quorum est suis subditis ad sacros ordines accessum permittere. Et licet Episcopi valeant ad normam iuris (Can. 997 § 2) testimonio Superiorum non acquiescere ac per sese religiosum ordinandum examinare, non tamen ad hoc tenentur; sed, coram Deo ac Ecclesia, Superiorum bono testimonio assentiri possunt, atque in ipsos plenam respondendi obligationem circa candidatorum formationem et dignitatem refundere (Can. 970, 995 § 2).

13. Cum res ita sapienter ordinatae sint, tanquam sibi iniuncta Superiores existimare debent gravissima Apostoli verba, tam saepe inculcata, quibus Episcopi de strictissima obligatione admonentur, candidatos semel atque iterum probandi, antequam eos ad sacros ordines admittant : *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis (I Tim. v, 22) : et hi autem (Diaconi) probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes (Ibid., III, 10)*. Priora verba commentans aiebat S. Ioannes Chrysostomus (*Homil. XVI, n. 1*) : « Quid est *cito* ? Non post primam probationem, nec post secundam, vel tertiam; sed postquam saepius circumspexeris et accurate exa-

---

veulent recevoir les saints ordres, est exactement la même qui incombe aux supérieurs religieux de qui dépend l'accès de leurs sujets aux saints ordres.

Les évêques peuvent sans doute, aux termes du Droit, ne pas s'en remettre au témoignage des supérieurs et examiner par eux-mêmes un ordinand religieux; ils n'y sont pas tenus cependant. Devant Dieu et l'Eglise, ils peuvent donner leur assentiment au témoignage favorable des supérieurs et rejeter sur eux la pleine responsabilité de la formation et de la dignité des candidats.

13. Puisqu'on en a disposé prudemment de la sorte, les supérieurs doivent regarder comme adressée à eux cette grave injonction de l'Apôtre, si instamment inculquée. Elle fait aux évêques l'étroite obligation de soumettre les aspirants à toute une série d'épreuves avant de les admettre aux ordres sacrés : *N'impose pas trop vite les mains à qui que ce soit et n'aie pas de part aux péchés d'autrui; qu'ils soient (les Diaques) éprouvés d'abord et qu'ils exercent ensuite leur ministère, s'ils sont trouvés sans reproche*. Commentant les premières de ces paroles, saint Jean Chrysostome disait : « Que veut dire *trop vite* ? Non pas après une première probation, ni une seconde, ni une troisième, mais après une observation fréquente et un examen soigneux. » Le Code de Droit canonique, résumant la pensée des Pères



minaveris. » Et Codex iuris canonici, Patrum Conciliorumque sententias perstringens, ait (Can. 973 § 3) : « Episcopus sacros ordines nemini conferat, quin ex positivis argumentis certus sit de eius canonica idoneitate; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo se committit alienis communicandi peccatis. »

14. Quae cum ita sint, sequentia ab omnibus religionum et societatum clericalium moderatoribus deinceps erunt observanda. Novitii, ante professionem votorum temporalium, quae omnino praecedere debet promotionem ad tonsuram et ad ordines minores, Superiori petitionem scripto deferant, in qua expressis verbis testimonium ferant de sua ad statum religiosum et clericalem vocatione, simulque firmum propositum pandant perpetuo se militiae clericali, in statu regulari, mancipandi (Can. 973 § 1) : quae petitio et declaratio in archivo asserventur. Superiores vero quemquam ad ordines ascendere ne sinant, quamdiu de eiusdem moribus, pietate, modestia, castitate, ad statum clericalem propensione, in studiis ecclesiasticis profectu, necnon religiosa disciplina, sibi per accuratum scrutinium non constiterit. (Can. 973 § 1.) Ad quod certius obtinendum, testimonium exquirant Magistri spiritus aliorumque, quibus ob specialem cum alumnis frequentiam,

---

et des Conciles, déclare : « Que l'évêque ne confère à personne les ordres sacrés, s'il n'est assuré sur des preuves positives de son aptitude canonique; sans quoi, non seulement il pêcherait gravement, mais encore il se mettrait en danger de prendre part aux péchés d'autrui. »

14. Pour ces motifs, tous les supérieurs d'Ordres et de Sociétés de prêtres observeront désormais ce qui suit. Les novices adresseront une demande par écrit à leur supérieur avant leur profession de vœux temporaires et ces vœux doivent absolument précéder la tonsure et les ordres mineurs. Ils y témoigneront expressément de leur vocation religieuse et sacerdotale et manifesteront en même temps le ferme propos de se vouer pour toujours à la milice du sacerdoce dans l'état religieux. La demande et la déclaration seront conservées aux archives. Quant aux supérieurs, ils ne laisseront avancer personne dans les ordres, tant qu'un examen attentif n'aura pas établi à leurs yeux ses bonnes mœurs, sa piété, sa modestie, son attrait pour l'état religieux, ses progrès dans les études ecclésiastiques et aussi dans la discipline religieuse. Pour en être plus assurés, ils demanderont le témoignage du Père spirituel et des autres personnes, qui, par une fréquentation spéciale des étudiants, seraient à même de connaître parfaitement leur

horum vitam moresque pernoscere contigerit. Quae testimonia leviter ne recipiantur, sed sedulo ponderentur, habita ratione prudentiae, sinceritatis, iudicii maturitatis illa ferentium. De factis inquisitionibus, deque scrutinii exitu, iustum condatur documentum in archivo asservandum. Denique, Superior ipse, vel per se, vel per alium scientia ac prudentia praeditum, sibi que adolescentum fiduciae comparandae idoneum, hos interrogare curet, ut tandem aliquando certior reddatur, ipsos libere ac scienter ordines in statu religioso appetere.

15. Quod ad ordinum maiorum susceptionem attinet, memnisse Superiores religiosos oportet, eos alumnos suos minime posse ad eosdem promoveri sinere, antequam professionem sive perpetuam, sive solemnem emiserint. (Can. 964 §§ 3, 4.) In Religionibus ubi perpetua vota non emittuntur, Superiores districte vetantur, alumnos ante triennium completum votorum temporariorum ad ordines sacros promovere : in Societatibus vero sine votis — peracta, si adsit, perpetua seu definitiva cooptatione, — ante triennium item completum a prima post novitiatum cooptatione in ipsam Societatem.

16. Antequam alumni ad subdiaconatum admittantur, novam Superiores inquisitionem de supradictis (n. 14) instituire

---

vie et leur moralité. Ces témoignages ne seront pas reçus à la légère, mais pesés avec soin, compte tenu de la prudence, de la bonne foi, du jugement de ceux qui les portent. Ces enquêtes et le résultat de cet examen seront l'objet d'un document en due forme, qu'on gardera dans les archives. Enfin, le Supérieur majeur lui-même aura soin de les interroger, soit personnellement, soit par un délégué docte, prudent et apte à gagner la confiance de ces jeunes gens. Il sera ainsi plus assuré, du moins jusqu'à un certain point, qu'ils aspirent librement et sciemment aux ordres dans la vie religieuse.

15. En ce qui regarde les ordres majeurs, il faut que les supérieurs se souviennent qu'ils ne peuvent d'aucune façon y laisser promouvoir leurs membres, avant qu'ils n'aient émis leurs vœux perpétuels ou solennels. Dans les instituts où l'on n'émet pas de vœux perpétuels, il est strictement interdit aux supérieurs de promouvoir leurs membres aux Ordres sacrés avant la fin du premier triennat de vœux temporels; dans les sociétés sans vœux, avant la fin du triennat qui suit la première incorporation à la société après le noviciat et, s'il y a lieu, avant leur incorporation perpétuelle et définitive.

16. Avant d'admettre les étudiants au sous-diaconat, les supérieurs devront faire une nouvelle enquête sur les points susdits (n. 14).

debent. Ad quod praestandum documenta inquisitionis iam peractae in archivo servata iterum videant, et nova testimonia de moribus, deque spiritualibus qualitatibus cum antiquis comparent; ut probe noscant quomodo iuvenes a prima professione, tum in disciplina religiosa, tum in profectu in studiis clericilibus sese exhibuerint. Quibus demum peractis, si digni et idonei inventi fuerint, nullaque adsit ratio canonica cur ab ordine recipiendo arceantur, Superiores litteras dimissoriales seu testimoniales pro ordinatione ipsis concedere possunt; iis servatis quae in iure canonico propriisque constitutionibus statuuntur.

17. In omnibus vero Religionibus et Societatibus, Superiores antequam alumnos ad subdiaconatum praesentent, praeter inquisitionem supra praescriptam (n. 16), ab ipsis testificationem, intuitu subsecuturae, tempore suo, sacrae ordinationis, manu propria candidati subscriptam et iurisiurandi fide, coram Superiore, firmatam, exigere debent sequentis tenoris :

« Ego subsignatus *N. N.*, alumnus Ordinis vel Congrégationis *N. N.*, cum petitionem Superioribus exhibuerim pro recipiendo subdiaconatus ordine, diligenter re perpensa coram Deo, iura-

---

Qu'ils revoient à ce sujet les documents de la précédente dans leurs archives et qu'ils comparent aux anciens les nouveaux témoignages sur leurs mœurs et leur vie spirituelle. Ils connaîtront ainsi parfaitement la façon dont les jeunes gens se sont comportés depuis leurs premiers vœux soit à l'égard de la discipline religieuse, soit à l'égard de leurs progrès dans les études cléricales. Après ces formalités, enfin, s'ils sont trouvés dignes et aptes, et que, d'autre part, il n'y ait aucune raison canonique de les exclure de l'ordination, les supérieurs peuvent leur accorder les lettres dimissoires ou testimoniales en vue de l'ordination. Ils observeront cependant les dispositions du droit et de leur propre constitution.

17. Dans tous les instituts religieux et toutes les sociétés, avant de présenter leurs sujets au sous-diaconat, les supérieurs, outre l'enquête ci-dessus (n. 16), doivent exiger, en vue de l'ordination à venir, une attestation signée de la main des aspirants et appuyée d'un serment fait en présence du supérieur. La teneur en sera la suivante :

« Je soussigné *N. N.*, étudiant de l'Ordre ou de la Congrégation *N. N.*, ai fait tenir à mes supérieurs une demande en vue de la réception du sous-diaconat. Tout pesé avec soin devant Dieu, je déclare avec

mento interposito, testificor : 1. Nulla me coactione, seu vi, aut nullo impelli timore in recipiendo eodem sacro ordine, sed ipsum sponte exoptare, ac plena liberaque voluntate eundem cum adnexis oneribus amplecti velle. — 2. Fateor mihi plene esse cognita cuncta onera ex eodem sacro ordine dimanantia, quae sponte amplector, ac Deo opitulante propono me toto vitae curriculo diligenter servare. — 3. Quae castitatis voto ac coelibatus lege praecipuntur, clare me percipere testor, eaque integre servare usque ad extremum vitae, Deo adiuvante, firmiter statuo. — 4. Denique sincera fide spondeo iugiter me fore, ad normam sacrorum canonum, obsequentissime obtemperaturum iis omnibus quae mihi a Praepositis, iuxta Ecclesiae disciplinam, praecipientur, paratus virtutum exempla, tum opere, cum sermone, aliis praebere, adeo ut tanti officii susceptione retributionem a Deo promissam accipere merear. Sic testor ac iuro, super haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.

... die... mensis... anni...

*N. N. manu propria. »*

18. Notandum, in Ordinibus votorum solemniurn, praedictam testificationem, manu propria religiosi subscriptam et iurisiu-

---

serment : 1. que nulle contrainte, nulle violence, nulle crainte ne me poussent à recevoir ce saint ordre, mais que je le choisis moi-même spontanément et que librement, en toute volonté, je désire l'embrasser avec toutes ses charges. — 2. Je confesse connaître parfaitement toute les charges qui découlent de ce saint ordre, et je me propose, avec le secours de Dieu, de les observer avec soin tout le cours de ma vie. — 3. Je déclare saisir nettement les obligations du vœu de chasteté et de la règle du célibat, et je suis résolu fermement à les observer intégralement avec la grâce de Dieu jusqu'à la fin de ma vie. — 4. Enfin, je prends l'engagement loyal d'obéir toujours aux termes des saints canons, à tous les ordres que mes supérieurs me donneront en conformité avec la discipline de l'Eglise, et je suis prêt à donner aux autres l'exemple de la vertu, soit en paroles, soit en œuvres.

Ce faisant, puissé-je mériter de recevoir, par la grâce d'une si grande fonction, la récompense promise par Dieu. C'est ce dont je témoigne et que je jure sur les saints Evangiles de Dieu, que je touche de la main.

... jour du mois... de l'année...

*N. N. de ma main. »*

18. Il faut noter que, dans les Ordres de vœux solennels, l'attestation ci-dessus, signée de la main même du religieux et appuyée

randi fide firmatam, emissioni votorum solemnium praemitti debere.

19. In dimissoriis litteris pro alumnorum ordinationibus, iuxta praescripta Codicis iuris canonici, concedendis, necnon in testimonialibus litteris, Superiores de his omnibus, onerata eorum conscientia, Episcopo ordinanti testentur; cui tamen liberum sit pro lubitu interrogationes etiam privatim alumnis ordinandis facere.

20. Licet pro diaconatus et presbyteratus ordine opus non sit informationes adeo amplas atque nova requirere testimonia, advigilent tamen Superiores et videant utrum, in intervallo ab unius et alterius ordinis sacri collatione, nova acciderint, quae vel patefaciant dubiam ad sacerdotium vocationem, vel nullam prorsus commonstrent. Hoc in casu, perscrutatione perquam diligenter peracta, adhibitoque virorum prudentum consilio, novi ordinis susceptionem penitus interdican, remque ad hanc Sacram Congregationem referant, a qua, pro singulis casibus, quod opportunius in Domino visum fuerit, decernetur.

21. Haec omnia Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI in audientia diei 1<sup>ae</sup> mensis Decembris anni 1931, audita relatione ab infrascripto Card. Praefecto Sacrae Congre-

de son serment, doit précéder la profession des vœux solennels.

19. Dans les lettres dimissoires que le Droit canonique prescrit pour les ordinations de leurs membres et dans les lettres testimoniales, les supérieurs doivent, sous leur entière responsabilité, attester tous ces points devant l'évêque ordonnant. Cependant, il sera toujours loisible à celui-ci d'interroger les ordinands, et même en particulier.

20. Pour le diaconat et la prêtrise, des informations aussi amples ne sont pas nécessaires, ni de nouveaux témoignages requis. Cependant, que les supérieurs soient vigilants et qu'ils prennent garde à ce que, d'un ordre à l'autre, il n'ait apparu des faits nouveaux. Ces faits pourraient, soit mettre au grand jour une vocation douteuse, soit manifester l'absence totale de vocation. Alors, ils examineront le cas avec le plus grand soin, et, après avoir pris conseil d'hommes prudents, ils s'opposeront absolument à la réception d'un ordre nouveau, ils en référeront ensuite à notre Sacrée Congrégation, et, selon les cas, celle-ci jugera de ce qui semblera surnaturellement plus opportun.

21. Dans l'audience du 1<sup>er</sup> décembre 1931, Sa Sainteté Pie XI, Pape par la divine Providence, après avoir entendu le rapport du préfet de la Sacrée Congrégation, le cardinal soussigné, a daigné

gationis peracta, rata habere et confirmare dignatus est, mandans praeterea ut praesens instructio omnibus Supremis Religionum et Societatum clericalium Moderatoribus notificetur, ab ipsis adamussim observanda, praecipiens etiam ut sub initio cuiuslibet anni religiosi clericis perlegatur, deque hisce praescriptionibus fideliter adimpletis Superiores in quinquennialibus relationibus Sacram hanc Congregationem edoceant.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die, mense et anno, ut supra.

Fr. A. H. M. card. LÉPICIER, O. S. M., *Praefectus*.

V. LA PUMA, *Secretarius*.

ratifier et confirmer toutes ces dispositions. Il a prescrit, de plus, que la présente Instruction soit notifiée à tous les Supérieurs majeurs des Instituts religieux et des Sociétés de prêtres pour qu'ils l'observent à la lettre. Il a ordonné aussi qu'elle soit lue en entier par le clergé régulier au début de chaque année, et que, dans leurs rapports quinquennaux, les supérieurs renseignent la Sacrée Congrégation sur l'observation fidèle de ces prescriptions.

Nonobstant toutes dispositions contraires.

Donné à Rome, à la Secrétairerie de la Sacrée Congrégation des Religieux, le jour, le mois et l'année ci-dessus.

Fr. A. H. M. card. LÉPICIER, O. S. M., *Prefet*.

V. LA PUMA, *Secrétaire*.

# *SACRA CONGREGATIO CAEREMONIALIS*

---

## **DECRETUM**

super controversia inter Ordines Melitensem  
et Sancti Sepulcri.

---

Emi Patres Cardinales de gremio Sacrae Congregationis Caeremonialis in peculiarem Coetum a Ssmo D. N. Pio Papa XI delecti ut de ipsorum voto controversia dirimeretur Supremum Ordinem Militarem Hierosolymitanum Melitensem inter et Ordinem Equestrem S. Sepulcri exorta, ex eo quod huic Ordini a S. O. M. Hier. Melitensi publica actio, quod sane dolendum fuit, denunciata est :

inspectis diligenterque perpensis libellis instrumentisque utrimque productis iisque omnibus, quae, post deductionum

---

## *SACRÉE CONGRÉGATION CÉRÉMONIALE*

---

### **DÉCRET**

au sujet du conflit survenu  
entre les Ordres de Malte et du Saint-Sépulcre.

---

Les Eminentissimes Cardinaux appartenant à la Sacrée Congrégation Cérémoniale et désignés par Notre Saint-Père le Pape Pie XI pour former une Commission chargée par sa volonté de mettre un terme à la discussion qui s'est élevée entre l'Ordre Militaire Souverain de Jérusalem et de Malte et l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre, étant donnée qu'une action publique, ce qui est vraiment regrettable, a été engagée contre ce dernier Ordre par l'Ordre Militaire Souverain de Jérusalem et de Malte,

Après avoir parcouru et diligemment étudié les mémoires et les documents présentés par les deux parties, ainsi que toutes les raisons

et documentorum inter Partes commutationem, ab altera Parte contra alterius argumenta opposita sunt,

excussis novissimis de hac re pontificiis documentis, videlicet Litteris Apostolicis datis : a Pio IX, d. 24 Ian. 1868 *Cum multa*; a Leone XIII, d. 3 Aug. 1888 *Venerabilis Frater Vincentius*; a Pio X, d. 3 Maii 1907 *Quam multa*; a Pio XI, d. 6 Ian. 1928 *Decessores Nostri*;

illud pro certo habentes, quod huiusmodi documenta, in univsum sumpta, tamquam novum Equestris Ordinis S. Sepulcri fundamentum hodie haberi debent,

innixi potissimum memoratis Ssmi D. N. Pii Papae XI fel. regni Litteris Apostolicis, vi quarum :

a) Magnum Magisterium Ordinis Equestris S. Sepulcri, a Pio X constitutum atque « uni Pontificis Summi Personae » reservatum, edicitur « extinctum seu penitus abolitum »;

b) idem Ordo Equester S. Sepulcri « sub benigna protectione Apostolicae Sedis » ponitur;

c) Excumus Patriarcha Hierosolymitanus Latinus pro tempore constituitur *Ordinis Equestris S. Sepulcri Rector atque Administrator perpetuus* eidemque instituendi novos Equites fit potestas,

qui, après la production successive des conclusions et des documents des parties, ont été opposées par l'une d'elles aux arguments de l'autre,

Après avoir analysé les documents pontificaux les plus récents concernant cette question, et notamment les Brefs *Cum multa* de Pie IX, en date du 24 janvier 1868; *Venerabilis Frater Vincentius* de Léon XIII, en date du 3 août 1888; *Quam multa* de Pie X, en date du 3 mai 1907, et *Decessores nostri* de Pie XI, en date du 6 janvier 1928,

S'appuyant avant tout sur le Bref précité de Notre Saint-Père le Pape Pie XI, heureusement régnant, en vertu duquel :

a) les fonctions de Grand Maître de l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre, fonctions établies par Pie X et réservées à « la seule Personne du Souverain Pontife », sont déclarées « périmées et, par suite, entièrement abolies »;

b) ce même Ordre Equestre du Saint-Sépulcre est placé « sous la protection bienveillante du Siège Apostolique »;

c) l'Excellentissime Patriarche Latin de Jérusalem est institué, en raison des circonstances, *Recteur et Administrateur perpétuel de l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre*, avec le droit de nommer de nouveaux chevaliers, non point par une délégation du Souverain Pon-



non quasi a Summo Pontifice delegata, sed vi muneris et auctoritatis quibus ipse ad rem fungitur;

d) aperte declarantur nullius roboris et vi omni destituta quaecumque pontificia documenta praeteritis temporibus, ante Pium IX, Equestris Ordinis S. Sepulcri favore data sint;

unanimis in hanc sententiam convenerunt : « Equestrum Ordinem S. Sepulcri, iuxta memoratas Litteras Apostolicas d. 6 Ian. 1928 datas, a Pio Papa IX *ex novo* constitutum censi per Litteras Apostolicas datas d. 24 Ian. 1868; ac proinde :

a) quidquid est de historica Ordinis originum quaestione, nullo modo ad documenta posse provocari ante diem 24 Ian. 1868 edita;

b) quapropter Ordinis denominationem eam esse retinendam quae in memoratis Litteris constitutivis statuta est, videlicet : *Ordo Equester S. Sepulcri* appellationibus *Sacro, Militari, Hierosolymitano* expunctis;

c) Excmo Patriarchae Hierosolymitano Latino — cum illi in eisdem Pii XI Litteris haec una denominatio data sit : *Rector atque Administrator Ordinis perpetuus* — perperam attributum esse titulum *Magni Magistri*, itemque privato tantum arbitrio

tive, mais en vertu des fonctions et de l'autorité qui lui sont concédées à l'égard de cet Ordre;

d) sont formellement déclarés de nulle valeur et destitués de toute force les documents pontificaux quels qu'ils soient qui, avant Pie IX, furent édictés en faveur de l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre;

Ont unanimement adopté les conclusions suivantes : « L'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre, en vertu du Bref précité du 6 janvier 1928, doit être regardé comme ayant reçu du Pape Pie IX, par son Bref du 24 janvier 1868, une Constitution *nouvelle*; par conséquent :

a) pour ce qui dépend de la question historique des origines de l'Ordre, on ne peut, d'aucune façon, en appeler aux documents émis avant le 24 janvier 1868;

b) aussi doit-on conserver à l'Ordre la dénomination qui lui est donnée dans le Bref constitutif précité, à savoir : *Ordre Equestre du Saint-Sépulcre*, les mots *sacré, militaire* et *de Jérusalem* étant supprimés;

c) c'est bien à tort qu'on donne à l'Excellentissime Patriarche Latin de Jérusalem — qualifié simplement de *Recteur et d'Administrateur perpétuel de l'Ordre* dans la lettre de Pie XI — le titre de *Grand Maître*; c'est également par suite d'un usage privé, mais tout

Ordinis Equestris S. Sepulcri personam gerentes appellatos esse *Bajulivos* seu vulgo *Bali*. »

Ssmus autem D. N. Pius Papa XI, in audientia infrascripto Secretario d. 27 Iulii a. 1931 impertita, audito eorundem Emorum Patrum, in peculiarem Coetum ad hanc quaestionem componendam delectorum, voto : ne quae contra ius hisce postremis temporibus inducta sunt inolecant penitus, utque duo hi Ordines, tam bene de Ecclesia meriti, suis quisque in finibus, egregiis maiorum vestigiis insistentes, illustria facinora pro Ecclesia cumulare pergant, ipsorum Emorum Patrum sententiam approbare dignatus est atque haec quae sequuntur observanda suprema Sua auctoritate decrevit :

1. Ad publicam Ordinis Equestris S. Sepulcri denominationem adiiciatur *ultimo loco*, ex gratiosa Ssmi D. N. Pii Papae XI concessione, appellatio : « Hierosolymitani » atque ideo legitima Ordinis appellatio exinde haec esto : *Ordo Equester S. Sepulcri Hierosolymitani*.

2. Excmi Patriarchae Hierosolymitani Latini appellatio eadem

à fait arbitraire, qu'on s'est permis d'appeler les représentants de l'Ordre du Saint-Sépulcre des *Baillis*. »

D'autre part, Notre Saint-Père le Pape Pie XI, dans une audience accordée au secrétaire soussigné, le 27 juillet 1931, après avoir entendu les conclusions des Eminentissimes Cardinaux membres de la Commission chargée de régler cette question, a éprouvé la crainte de voir se perpétuer les usages qui, en ces derniers temps, se sont introduits à l'encontre de tout droit; mais, désirant que ces deux Ordres, qui ont si bien mérité de l'Eglise, chacun dans sa sphère, continuent à marcher sur les glorieuses traces de leurs devanciers et à multiplier leurs nobles exploits en faveur de l'Eglise, il a daigné approuver les conclusions des Eminentissimes Cardinaux et, de son autorité souveraine, a décrété et rendu obligatoires les prescriptions qui suivent :

1. A la dénomination officielle de l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre on ajoutera *tout à la fin*, par la gracieuse autorisation de Notre Saint-Père le Pape Pie XI, la qualification « de Jérusalem »; par conséquent, la dénomination légitime de l'Ordre sera dorénavant : *Ordre Equestre du Saint-Sépulcre de Jérusalem*.

2. L'Excellentissime Patriarche Latin de Jérusalem conservera le

esto quae in memoratis Pii XI Litteris statuta est, videlicet : *Rector atque Administrator Ordinis perpetuus.*

3. Quapropter omnino vetatur ne in posterum Ordo Equester S. Sepulcri Hierosolymitani titulum usurpet *Sacri Militaris Ordinis Hierosolymitani* itemque ne Excmo Patriarchae Hierosolymitano Latino titulus *Magni Magistri* aut Ordinis Delegatis titulus *Bajulivi* tribuatur.

4. Spectatis Ordinis Equestris S. Sepulcri Hierosolymitani in Sedem Apostolicam promeritis, quo tutius, ad maius eiusdem Ordinis Equitum decus, provideatur ut equestria insignia ab iis Civitatibus publice agnoscantur, quae cum Sede Apostolica coniunctionem amice fovent, edicitur ut quotiens Excmus Patriarcha Hierosolymitanus Latinus novos Equites instituerit, eorum nomina cum Apostolica a Brevibus Cancellaria communicet; quae, ubi nihil contra excipiendum censuerit, designationes huiusmodi in acta referat ac diplomata suo sigillo formulae « visa » obsignet, cum haec omnia ad huiusmodi publicam tituli agnitionem sint necessaria.

5. Excmi Patriarchae Hierosolymitani Latini, Ordinis Rectoris atque Administratoris perpetui, personam gerentibus ex

titre qui lui est donné dans le Bref précité de Pie XI, à savoir : *Recteur et Administrateur perpétuel de l'Ordre.*

3. Pour ces motifs, il est à l'avenir formellement interdit que l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre de Jérusalem prenne le titre d'*Ordre sacré militaire de Jérusalem* et, semblablement, qu'on donne à l'Excellentissime Patriarche Latin de Jérusalem le titre de *Grand Maître* ou aux délégués de l'Ordre celui de *Baillis*.

4. Considérant les services rendus par l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre de Jérusalem au Siège Apostolique, et dans le but d'obtenir plus sûrement, pour l'honneur même des Chevaliers de cet Ordre, que leurs insignes soient publiquement reconnus par les Etats qui sont en relation amicale avec le Siège Apostolique, il est enjoint que, dans tous les cas où l'Excellentissime Patriarche Latin de Jérusalem nommera de nouveaux chevaliers, les noms de ces derniers soient transmis à la Chancellerie Apostolique des Brefs. Si, de son côté, la Chancellerie n'a aucune opposition à soulever, elle enregistrera ces nominations et munira les diplômes de son sceau en même temps que de son visa, toutes ces formalités étant nécessaires à la reconnaissance publique du titre de chevalier.

5. Aux représentants de l'Excellentissime Patriarche Latin de Jérusalem, Recteur et Administrateur perpétuel de l'Ordre, le Souve-

suprema Summi Pontificis potestate *Locum Tenentium* appellatio tribuitur, iisque solis *Excellentiae* titulus conceditur.

6. Ordinis Equestris S. Sepulcri Hierosolymitani statuta, ad huius decreti normam conscribenda, Sacrae Congregationis Caeremonialis adprobationi, antequam publici iuris fiant, erunt subiicienda.

In contrarium non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Caeremonialis, die 5 Augusti anno 1931.

I. card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE,  
*Ep. Ostiensis et Albanensis, Praefectus.*

B. NARDONE, *Secretarius.*

rain Pontife accorde, en vertu de Son autorité souveraine, le titre de *Lieutenants* et, uniquement à ces derniers, la qualification d'*Excellence*.

6. Les statuts de l'Ordre Equestre du Saint-Sépulcre de Jérusalem, qui devront être rendus conformes aux prescriptions de ce décret, seront soumis à l'approbation de la Sacrée Congrégation Cérémoniale avant d'être publiés.

Nonobstant toute disposition contraire.

Donné à Rome, au Palais de la Sacrée Congrégation Cérémoniale, le 5 août 1931.

J. card. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE,  
*Evêque d'Ostie et d'Albano, Préfet.*

B. NARDONE, *Secrétaire.*

*SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS  
ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS*

---

**ORDINATIONES**

ad Constitutionem Apostolicam « *Deus scientiarum Dominus* » de Universitatibus et Facultatibus Studiorum ecclesiasticorum rite exsequendam.

---

Sacra Congregatio Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposita, ad normam art. 12 Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* d. XXIV Maii anno MDCCCXXXI datae, Ordinationes quae sequuntur Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum tradit easdemque religiose servandas praescribit.

---

*SACRÉE CONGRÉGATION DES SÉMINAIRES  
ET UNIVERSITÉS*

---

**RÈGLEMENTS**

concernant la bonne exécution de la Constitution apostolique « *Deus scientiarum Dominus* » relative aux Universités et Facultés d'études ecclésiastiques.

---

La Sacrée Congrégation préposée aux Séminaires et Universités des études, conformément à l'article 12 de la Constitution apostolique *Deus scientiarum Dominus*, en date du 24 mai de l'année 1931, adresse les règlements suivants aux Universités et Facultés d'études ecclésiastiques, en leur prescrivant de les observer religieusement.

## TITULUS I

### Normae generales.

(Const. Apost., art. 1-12.)

#### ART. 1.

Cum a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus petitur ut Universitas vel Facultas canonice erigatur cum iure conferendi gradus academicos,

1° ostendatur ob locorum et temporis rationes opportunum esse novam Universitatem vel Facultatem erigi et spem certam fore, ut erigenda Universitas vel Facultas veram afferat utilitatem ;

2° demonstretur haberi posse omnia quae requiruntur, ut Universitas vel Facultas vita scientifica floreat :

a) iustum Professorum numerum ad normam art. 19 Constitutionis Apostolicae,

b) auditoria, bibliothecam, supellectilem, sicut in art. 47-49 Constitutionis Apostolicae et in art. 44-46 harum Ordinationum praescribitur,

c) pecuniae summam quae necessitatibus Universitatis vel Facultatis sufficiat ;

---

#### TITRE I

### Règles générales.

(Const. Apost., art. 1-12.)

#### ARTICLE 1<sup>er</sup>.

Dans la requête adressée à la Sacrée Congrégation des Universités des Etudes, en vue de l'érection canonique d'une Université ou Faculté avec droit de conférer des grades académiques :

1° On établira que, pour des raisons de lieux et de temps, il est opportun d'ériger une nouvelle Université ou Faculté et qu'on est certainement en droit d'espérer que l'Université ou Faculté à créer sera d'une véritable utilité :

2° On prouvera que sont réalisées toutes les conditions requises pour qu'une Université ou Faculté ait une vie scientifique prospère :

a) Nombre suffisant de professeurs, conformément à l'article 19 de la Constitution apostolique ;

b) Amphithéâtres, bibliothèque, mobilier, comme il est prescrit aux articles 47-49. de la Constitution apostolique et aux articles 44-46 des présents règlements ;

c) Fonds suffisants pour subvenir aux nécessités de l'Université ou de la Faculté ;

3<sup>o</sup> exhibeantur :

- a) *Statuta cum Ratione Studiorum* Constitutioni Apostolicae et his Ordinationibus congruentia,
- b) aedium descriptio,
- c) accepti et expensi annui accurata propositio.

#### ART. 2.

Sacra Cóngregatio ius conferendi gradus academicos non ante concedet, quam ea quae requiruntur ad effectum perducta sint; neque ius illud in modum stabilem confirmabit, nisi nova Universitas vel Facultas vitae suae academicae Constitutioni Apostolicae et his Ordinationibus congruentis per aliquot annos experimentum dederit.

#### ART. 3.

Ad Statuta conficienda ante oculos habeantur Normae quae *Appendice II*, his Ordinationibus adiuncta, continentur.

#### ART. 4.

Singulae Universitates vel Facultates canonice erectae et approbatae tertio quoque anno ad Sacram Congregationem de

3<sup>o</sup> On présentera :

- a) Les *statuts* conformes au *programme des études* suivant la Constitution apostolique et les règlements présents;
- b) La description des édifices;
- c) Le bilan rigoureux des recettes et des dépenses;

#### ARTICLE 2.

La Sacrée Congrégation n'accordera pas le droit de conférer les grades académiques avant que ne soient réalisées les conditions requises à cet effet; elle ne confirmera, non plus, ce droit d'une façon permanente, que lorsque la nouvelle Université ou Faculté aura, pendant quelques années, fait l'expérience de sa vie académique, conformément à la Constitution apostolique et aux règlements présents.

#### ARTICLE 3.

Pour la rédaction des statuts, on aura devant les yeux les prescriptions contenues à *l'appendice II*, annexé aux présents règlements.

#### ARTICLE 4.

Chaque Université ou Faculté, érigée et approuvée canoniquement, devra envoyer tous les trois ans à la Sacrée Congrégation des Sémi-

Seminariis et Studiorum Universitatibus relationem de statu suo tam academico quam oeconomico, secundum Normas his Ordinationibus *Appendice III* adiunctas, mittere debent.

## TITULUS II

### De personis et regimine.

(*Const. Apost., art. 13-28.*)

#### 1. — Auctoritates Academicae. — Officiales.

(*Const. Apost., art. 13-18.*)

#### ART. 5.

*Magnus Cancellarius.*

- 1° doctrinae orthodoxiam tutatur;
- 2° providet ut praescripta Sanctae Sedis fideliter observentur;
- 3° Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus nomina proponit eorum qui ad Rectoris vel Praesidis officium exercendum apti habeantur, aut ab eadem confirmationem petit eius qui Rector vel Praeses ad normam art. 16 Constitutionis Apostolicae ab aliis nominatus sit;

naires et des Universités des études un rapport sur sa situation académique et sur sa situation économique, suivant les prescriptions prévues à *l'appendice III*.

## TITRE II

### Des personnes et du gouvernement.

(*Const. Apost., art. 13-28.*)

#### 1. — Autorités académiques. — Officiers.

(*Const. Apost., art. 13-18.*)

#### ARTICLE 5.

*Le grand chancelier :*

- 1° Doit défendre l'orthodoxie de la doctrine;
- 2° Il veille à ce que les prescriptions du Saint-Siège soient fidèlement observées;
- 3° Il propose à la Sacrée Congrégation des Séminaires et des Universités des études les noms de ceux qui sont considérés comme aptes à remplir les fonctions de recteur ou de président, ou soumet à cette Sacrée Congrégation la demande d'approbation de la nomination du recteur ou du président, qui aura été faite par d'autres, conformément à l'article 16 de la Constitution apostolique;



4° professionem fidei Rectoris vel Praesidis, secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam art. 1406 § 1, 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918, accipit;

5° Professoribus legitime nominatis missionem canonicam confert eisdemque hac missione ad normam art. 22 Constitutionis Apostolicae privare potest;

6° examinibus ad Lauream consequendam, de quibus in art. 46 § 1, 2°, et § 2 Constitutionis Apostolicae, de iure praesidet;

7° documentis authenticis Licentiae et Laureae primo loco subscribit vel suo nomine ab alio subscribendum curat;

8° Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus de rebus gravioribus, quae ad Universitatem vel Facultatem pertinent, certiolem facit, eique tertio quoque anno accuratam relationem, de qua in art. 4 harum Ordinationum, exhibet.

#### ART. 6.

##### *Rector vel Praeses*

1° exsequitur praescripta Sanctae Sedis et Statuta Universitatis vel Facultatis;

---

4° Il reçoit la profession de foi du recteur ou du président, suivant la formule approuvée par le Saint-Siège, conformément à l'article 1406 § 1, 8° du Code de Droit canonique, et au décret de la Suprême Sacrée Congrégation du Saint-Office, en date du 22 mars 1918;

5° Il confère la mission canonique aux professeurs légitimement nommés, et il peut leur retirer cette mission, conformément à l'article 22 de la Constitution apostolique;

6° Il préside de droit aux examens passés en vue d'obtenir le doctorat, dont il est question à l'article 46 § 1<sup>er</sup> 2° et § 2 de la Constitution apostolique;

7° Il signe le premier les diplômes authentiques conférant la licence et le doctorat, ou il veille à ce qu'un autre dignitaire les signe en son nom;

8° Il rend compte à la Sacrée Congrégation des Séminaires et des Universités des études des questions les plus graves concernant l'Université ou Faculté, et tous les trois ans il lui soumet le rapport détaillé dont il est question à l'article 4 des présents règlements.

#### ARTICLE 6.

##### *Le recteur ou le président*

1° assure l'exécution des prescriptions du Saint-Siège et des statuts de l'Université ou de la Faculté;

2° accipit professionem fidei secundum formulam a Sancta Sede approbatam omnium Professorum Universitatis vel Facultatis, ad normam can. 1406 § 1 n. 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918, itemque eorum qui, examine superato, academicis gradibus donandi sunt;

3° curat ut Professores in docendo Rationem Studiorum rite approbatam accurate sequantur;

4° convocat Universitatis vel Facultatis Consilia, eisque praesidet;

5° auditores ad Universitatem vel Facultatem admittit, eorum studiis et moribus prospicit eosque, si quid culpae commiserint, meritis poenis ad normam art. 28 Constitutionis Apostolicae plectit;

6° examinibus, ad normam art. 42 et 44 Constitutionis Apostolicae subeundis, si intersit, praesidet;

7° documentis authenticis Baccalaureatus primo loco et ceterorum graduum academicorum secundo loco subscribit;

8° ad Magnum Cancellarium de studiis, disciplina, rebus pecuniariis refert;

9° quotannis ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus summaria ad rem *statisticam* perti-

2° reçoit la profession de foi, suivant la formule approuvée par le Saint-Siège, de tous les professeurs de l'Université ou de la Faculté, conformément au canon 1406, § 1<sup>er</sup> n° 8 du Code de Droit canonique et du décret de la Suprême Sacrée Congrégation du Saint-Office, en date du 22 mars 1918, comme aussi de ceux qui, les examens passés, sont promus aux grades académiques;

3° veille à ce que les professeurs suivent soigneusement, dans leur enseignement, le programme approuvé officiellement;

4° convoque ou préside les Conseils d'Université ou de Faculté;

5° admet les auditeurs à l'Université ou à la Faculté, surveille leurs études et leurs mœurs, et s'ils viennent à commettre quelque faute il leur inflige les sanctions prévues à l'article 28 de la Constitution apostolique;

6° préside, s'il le juge utile, aux examens, conformément aux articles 42 et 44 de la Constitution apostolique;

7° signe le premier des diplômes authentiques du baccalauréat et le second ceux des autres grades académiques;

8° rend compte au grand chancelier des études de la discipline et des questions financières;

9° envoie chaque année, à la Sacrée Congrégation des Séminaires

mentia, secundum schemata ab eadem Sacra Congregatione redigenda, mittit.

## ART. 7.

*Facultatis Decanus*

1° vigilanter custodit doctrinam in propria Facultate tradendam;

2° praeest conventibus Facultatis, nisi ipse Rector intersit;

3° refert ad Rectorem quae a Facultate proponuntur;

4° quae ab Auctoritatibus superioribus statuuntur, in Facultate exsequenda curat;

5° de iure praeest examinibus de quibus in art. 34 Constitutionis Apostolicae, salvis art. 5, 6°, et art. 6, 6°, harum Ordinationum.

## ART. 8.

*Officiales* pro muneris sui gravitate in maiores et minores dividuntur.

## ART. 9.

Rector Magnificus, Praeses, Decani in rebus, quae maioris momenti sunt, sua cuiusque Consilia interrogare debent.

et Universités des données statistiques, suivant les schémas qui doivent être établis par la même Sacrée Congrégation.

## ARTICLE 7.

*Le doyen de la Faculté*

1° veille avec vigilance sur la doctrine à enseigner dans sa propre Faculté;

2° préside les réunions de la Faculté, à moins que le recteur ne le fasse lui-même;

3° rend compte au recteur des propositions émanant de la Faculté;

4° veille à l'observance dans la Faculté de ce qui a été statué par les autorités supérieures;

5° préside de droit les examens dont il est question à l'article 34 de la Constitution apostolique, sous réserve des articles 5 et 6 et de l'article 6 des présents règlements.

## ARTICLE 8.

Les *officiers* sont divisés, suivant l'importance de leurs fonctions, en supérieurs et en inférieurs.

## ARTICLE 9.

Le recteur magnifique, le président, les doyens doivent, pour les affaires importantes, prendre l'avis de leurs Conseils respectifs.

2. — **Professores.***(Const. Apost., art. 19-22.)***ART. 10.**

Qui praesunt Universitati vel Facultati caveant, ne cui Professori munus concedant tradendi disciplinas inter se dispartes, neve quemquam numero scholarum ita onerent, ut a debita earum praeparatione et a labore scientifico prohibeatur.

**ART. 11.**

Professoribus non licet onera vel officia obire, quibus a munere docendi rite implendo impediuntur.

3. — **Auditores.***(Const. Apost., art. 23-28.)***ART. 12.**

Universitatis vel Facultatis auditores, qui quacumque de causa ad gradus academicos non contendunt, admitti possunt sive ad omnes scholas frequentandas sive ad aliquas tantum, quas sibi eligerint, firmo tamen praescripto art. 24 Constitutionis Apostolicae.

2. — **Les professeurs.***(Const. Apost., art. 19-22.)***ARTICLE 10.**

Ceux qui sont à la tête d'une Université ou d'une Faculté veilleront à ne pas confier au même professeur l'enseignement de matières dispartes, ni à le charger d'un tel nombre d'heures de cours qu'il ne puisse les préparer convenablement ou qu'il soit empêché de s'adonner aux travaux scientifiques.

**ARTICLE 11.**

Il n'est pas permis aux professeurs d'accepter des charges ou des fonctions qui les empêchent de remplir comme il faut leur charge d'enseigner.

3. — **Auditeurs.***(Const. Apost., art. 23-28.)***ARTICLE 12.**

Les auditeurs d'Université ou de Faculté qui, pour un motif quelconque, ne sont pas candidats aux grades académiques, peuvent être admis à suivre tous les cours ou quelques-uns seulement, sous réserve toutefois des prescriptions de l'article 24 de la Constitution apostolique.

## ART. 13.

Curriculum medium studiorum classicorum, de quo in art. 25, 1<sup>o</sup>, Constitutionis Apostolicae, praeter convenientem institutionem religiosam et linguas litterasque latinas, graecas, patrias, quae disciplinae praecipuae sunt, complecti debet etiam Historiam naturalem, Mathesim, Physicam, Chimiam, Geographiam, Historiam civilem, et quidem tantum quantum in eo qui ad studia academica accedit requiri solet, secundum normas Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

## ART. 14.

Curriculum medium studiorum classicorum rite peractum esse documentis authenticis Auctoritatis ecclesiasticae vel civilis probari debet, firmo iure Universitatis vel Facultatis imponendi examen, quandocumque documenta allata non sufficere censeantur.

## ART. 15.

Si quis alumnus e schola media sive civili sive ecclesiastica venerit, in qua una vel plures disciplinae, de quibus in art. 13, omnino non sint aut saltem non satis sint traditae, earum studium

## ARTICLE 13.

Le cycle moyen des études classiques, dont il est question à l'article 25 1<sup>o</sup> de la Constitution apostolique, outre l'instruction religieuse suffisante et les langues et littératures latines, grecques, maternelles, qui constituent les matières principales, doit comprendre encore l'Histoire naturelle, les Mathématiques, la Physique, la Chimie, la Géographie, l'Histoire profane, en un mot toutes les branches exigées ordinairement de celui qui veut aborder les études universitaires, suivant les prescriptions de la Sacrée Congrégation des Séminaires et des Universités des études.

## ARTICLE 14.

On prouvera qu'on a suivi le cycle complet moyen des études classiques au moyen de certificats authentiques signés de l'autorité ecclésiastique ou civile, sous réserve du droit dont jouit l'Université ou la Faculté d'imposer des examens, chaque fois que les certificats présentés seront jugés insuffisants.

## ARTICLE 15.

S'il se présente un élève venant d'une école secondaire civile ou ecclésiastique dans laquelle une ou plusieurs matières dont il est question à l'article 13 ne sont aucunement ou sont insuffisamment enseignées, cet élève devra suppléer à leur étude et subir un examen à leur sujet, suivant les statuts de l'Université ou de la Faculté.

supplere atque in examine satisfacere debet, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis.

### ART. 16.

§ 1. — Biennium Philosophiæ scholasticæ, quod ex art. 25, 2<sup>o</sup> a) Constitutionis Apostolicæ prorsus requiritur ut quis in Facultate Theologica gradus academicos appetere possit, complectitur studium Logicæ, Cosmologiæ, Psychologiæ, Criticæ seu Criteriologiæ, Ontologiæ, Theologiæ naturalis, Ethicæ et Iuris naturalis, Historiæ philosophiæ.

§ 2. — Biennium, de quo in § 1, rite absolvi debet, curriculo medio studiorum classicorum confecto, in Facultate Philosophica vel in aliqua schola superiore ad Philosophiam scholasticam docendam destinata et ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata.

§ 3. — Qui legitimis documentis probaverit se cursum Philosophiæ scholasticæ aliter ac in § 2 præscribitur absolvisse, in Facultatem Theologicam ascribi non potest, nisi in illius disciplinæ studium saltem per annum in Facultate Philosophica vel in schola, de qua in eadem § 2, incubuerit et in examine de omnibus Philosophiæ scholasticæ partibus satisfecerit.

### ARTICLE 16.

§ 1<sup>er</sup>. — Les deux années de philosophie scolastique requises en vertu de l'article 25 2<sup>o</sup> a) de la Constitution apostolique, pour que quelqu'un puisse, dans une Faculté théologique, prétendre aux grades académiques, comprennent l'étude de la Logique, de la Cosmologie, de la Psychologie, de la Critique ou Critériologie, de l'Ontologie, de la Théologie naturelle, de l'Ethique et du Droit naturel, de l'Histoire de la philosophie.

§ 2. — Les deux années en question au § 1<sup>er</sup> doivent être accomplies, les études secondaires classiques étant complètement terminées, dans une Faculté de philosophie ou dans une autre école supérieure destinée à l'enseignement de la philosophie scolastique et approuvée pour cela par l'autorité ecclésiastique.

§ 3. — Quiconque aura prouvé au moyen de certificats valables qu'il a suivi le cours de philosophie scolastique autrement qu'il est prescrit au § 2, ne peut être inscrit dans une Faculté théologique s'il n'étudie pas, pendant une année au moins, cette matière dans une Faculté de philosophie ou dans une école, dont il est question dans ce même § 2, et s'il ne satisfait pas à un examen relatif à toutes les parties de la philosophie scolastique.

## ART. 17.

§ 1. — Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transire licet etiam ad eadem studia continuanda, ea tamen condicione ut nemo ad Licentiam admittatur, quin tempore curriculi peracti omnes disciplinas ad normam art. 33 § 3 Constitutionis Apostolicae praescriptas rite absolverit.

§ 2. — Transitus, de quo in § 1, fieri potest tantum initio anni academici aut, ubi annus academicus in semestria dividitur, initio singulorum semestrium; ne fiat tamen nisi iusta de causa.

§ 3. — Firmis praescriptis § 1 et § 2, Universitatibus vel Facultatibus ius est iis qui ab aliis ad se transierint rationem et ordinem studiorum statuendi.

## TITULUS III

## De ratione studiorum.

(*Const. Apost., art. 29-34.*)

## 1. — Methodus generalis docendi.

(*Const. Apost., art. 29-30.*)

## ART. 18.

§ 1. — Quae in art. 29 a) et c) Constitutionis Apostolicae de

## ARTICLE 17.

§ 1<sup>er</sup>. — Il est permis de passer d'une Université ou Faculté à l'autre, même pour y continuer les mêmes études, mais à la condition que personne n'obtienne la licence avant d'avoir parcouru régulièrement le cycle normal des études complètes prescrites en vertu de l'article 33 § 2 de la Constitution apostolique.

§ 2. — Le passage dont il est question au § 1<sup>er</sup> ne pourra se faire qu'au début de l'année académique ou, lorsque l'année académique est divisée en semestres, au commencement de chaque trimestre; il n'aura lieu cependant que pour un motif suffisant.

## TITRE III

## Du programme des études.

(*Const. Apost., art. 29-34.*)

## 1. — Méthode générale d'enseignement.

(*Const. Apost., art. 29-30.*)

## ARTICLE 18.

§ 1<sup>er</sup>. — On observera religieusement les prescriptions contenues dans l'article 29 a) et c) de la Constitution apostolique concernant

institutione ad Angelici Doctoris rationem, principia, doctrinam statuuntur sancte servantur, ad normam Litterarum Encyclicarum Leonis Pp. XIII *Aeterni Patris* d. d. 4 Augusti 1879 et Pii Pp. XI *Studiorum Ducem* d. d. 29 Iunii 1923.

§ 2. — In parte disciplinarum *positiva* auditores ita instituantur, ut non solum ipsam doctrinam probe addiscant, sed etiam fontes singulis disciplinis proprios legesque eosdem interpretandi cognoscant atque laboris scientifici subsidia et adiuumenta cum fructu adhibere assuescant.

§ 3. — In quaestionibus *speculativis* sive Theologiae sive Philosophiae adhibeatur methodus quam scholasticam vocant, non neglecta, tam in proponendis argumentis quam in afferendis, disputandis, solvendis difficultatibus, forma *sylogistica*. Hac autem methodo auditorum mentes ita excolantur, ut apti paratique efficiantur non solum ad falsa systemata erroresque antehac exortos diiudicandos et refutandos, sed etiam ad discernendas et ex veritate aestimandas sententias novas quae forte in disciplinis theologicis vel philosophicis exoriantur.

#### ART. 19.

Disciplinarum principalium, quae Universitatis vel Facultatis

---

l'enseignement, suivant la méthode, les principes et la doctrine du Docteur angélique, conformément aux Lettres Encycliques des Papes Léon XIII *Aeterni Patris*, en date du 4 août 1879, et Pie XI, *Studiorum Ducem*, en date du 29 juin 1923.

§ 2. — En ce qui concerne la partie *positive* des matières, l'enseignement sera donné aux auditeurs de manière que non seulement ils apprennent comme il convient la doctrine elle-même, mais encore qu'ils connaissent les sources propres à chaque matière et les lois de leur interprétation, et soient habitués à utiliser avec profit les procédés et auxiliaires du travail scientifique.

§ 3. — Pour traiter les questions *spéculatives* de théologie ou de philosophie, on emploiera la méthode dite scolastique, sans négliger la forme syllogistique, aussi bien pour présenter des arguments que pour exposer, discuter, réfuter les objections. L'esprit des auditeurs sera formé à cette méthode de manière qu'ils soient aptes et prêts non seulement à juger et à réfuter les faux systèmes et les erreurs en cours jusque-là, mais encore à discerner à la lumière de la vérité les opinions nouvelles qui viendraient à se manifester en matière de théologie ou de philosophie.

#### ARTICLE 19.

L'importance et l'excellence des matières principales qui consti-



veluti summam constituunt, gravitas et excellentia etiam ex numero lectionum et professorum eluceant.

ART. 20.

In Facultate Theologica, Iuris Canonici, Philosophica disciplinae principales totae tradendae sunt in scholis.

ART. 21.

Sacra Scriptura, Theologia dogmatica, Theologia moralis, Philosophia scholastica, Codex iuris canonici et Ius romanum tradantur lingua latina. Professores autem operam dent ut auditores vim locutionum *technicarum* plene et accurate intellegant.

ART. 22.

In exercitationibus, de quibus in art. 30 § 1 Constitutionis Apostolicae, professoris est principia methodica propriae scientiae exponere, nisi id in cursu peculiari fiat, et eorundem rectae applicationi invigilare, ita ut singuli discipuli ad legendos et interpretandos fontes, ad tractandas et diiudicandas quaestiones peculiare et praesertim ad scribendum, etiam in lingua vernacula, de selectis scientiae argumentis instituantur.

tuent comme la somme de l'Université ou de la Faculté doivent être mises en relief par le nombre des cours et des professeurs.

ARTICLE 20.

A la Faculté de Théologie, de Droit canonique, de Philosophie, toutes les matières principales seront enseignées dans les cours.

ARTICLE 21.

L'Écriture sainte, la Théologie dogmatique, la Théologie morale, la Philosophie scolastique, le Code de Droit canonique et le Droit romain seront enseignés en langue latine. Cependant les professeurs feront en sorte que les auditeurs comprennent pleinement et exactement toute la portée des locutions techniques.

ARTICLE 22.

Dans les exercices dont il est question à l'article 30 § 1<sup>er</sup> de la Constitution apostolique, il appartient au professeur d'exposer les principes méthodiques de la science proprement dite, à moins qu'il ne le fasse dans un cours particulier, et de veiller à leur exacte application, de manière que chaque élève soit à même de lire et d'interpréter les sources, de traiter et de juger les questions particulières, et surtout d'écrire, même en sa langue maternelle, sur des sujets scientifiques.

## ART. 23.

Exercitationes initium sumere debent : in Facultate Theologica et Philosophica saltem a *tertio* curriculum anno, in Facultate Iuris Canonici saltem a *secundo*, in Pontificio Instituto Utriusque Iuris a *secundo*, in Pontificio Instituto Biblico, in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium, in Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae, in Pontificio Instituto Musicae Sacrae iam inde ab anno *primo*.

## ART. 24.

In disputationibus scholasticis, de quibus in art. 30 § 2 Constitutionis Apostolicae, aliquis ex auditoribus thesim a Professore indicatam, eodemque vel alio Professore moderante, exponet, demonstrabit atque vindicabit a difficultatibus, quas condiscipuli antea designati, et post hos, pro opportunitate, etiam alii opposuerint.

## ART. 25.

Ultimo curriculum anno scholae paucae sint; exercitationes autem continentur quidem, ita tamen ut amplum temporis spatium dissertationi pro Laurea praeparandae relinquatur.

## ARTICLE 23.

Les exercices doivent commencer : à la Faculté de Théologie et de Philosophie au moins à partir de la troisième année du cycle des études; à la Faculté de Droit canonique au moins à partir de la seconde année, à l'Institut pontifical de l'un et l'autre Droit, à partir de la seconde année; à l'Institut biblique, à l'Institut pontifical des Etudes orientales, à l'Institut d'archéologie chrétienne, à l'Institut pontifical de musique sacrée dès la première année.

## ARTICLE 24.

Dans les controverses scolastiques dont il est question à l'article 30 § 2 de la Constitution apostolique, l'un des auditeurs exposera la thèse indiquée par le professeur, sous le contrôle de ce même professeur ou d'un autre; il la prouvera et réfutera les objections que lui opposeront des condisciples désignés d'avance et d'autres, après eux, s'il y a lieu.

## ARTICLE 25.

Les cours seront peu fréquents la dernière année d'études; cependant les exercices auront toujours lieu, mais de manière à laisser un temps largement suffisant à la préparation de la thèse de doctorat.

## 2. — Studiorum curriculum.

*(Const. Apost., art. 31-32.)*

## ART. 26.

Ut studiorum curriculum ad normam art. 32 Constitutionis Apostolicae contrahatur, haec quae sequuntur in primis servantur :

1° *In Facultate Theologica :*

qui, studiis mediis classicis rite peractis, Philosophiae scholasticae per biennium operam dederint ad normam art. 16 harum Ordinationum et deinde quadriennium theologicum ad normam can. 1365 C. I. C. rite absolverint, ad quartum curriculum annu, praemisso examine, admitti possunt.

2° *In Facultate Iuris Canonici :*

a) qui quadriennium theologicum in aliqua Facultate Theologica canonice erecta et approbata rite peregerint, admitti possunt, nullo facto examine, in primum curriculum annu;

b) qui quadriennium theologicum extra Facultatem Theologicam rite absolverint, ut in Facultatem Iuris Canonici ascribi

## 2. — Cycle des études.

*(Const. Apost., art. 31-32.)*

## ARTICLE 26.

Pour que le cycle des études soit accompli suivant les prescriptions de l'article 32 de la Constitution apostolique, on observera tout d'abord ce qui suit :

1° *A la Faculté de Théologie :*

Ceux qui, leurs études secondaires classiques terminées, auront consacré deux années à la philosophie scolastique, conformément aux prescriptions de l'article 16 des présents règlements, et ensuite quatre années régulières à la théologie, conformément au canon 1365 du Code de Droit canonique, peuvent être admis, après examen, à la quatrième année du cycle.

2° *A la Faculté de Droit canonique :*

a) Ceux qui auront accompli régulièrement quatre années de théologie dans une Faculté théologique érigée et approuvée canoniquement peuvent être admis, sans examen, à la première année du cycle;

b) Ceux qui auront accompli régulièrement quatre années de théologie en dehors de la Faculté de Théologie doivent, pour être admis

possint, superare debent examen de Institutionibus iuris canonici;

c) qui quadriennium theologicum, de quo sub litt. a) et b), non peregerint, in Facultatem Iuris Canonici ascribi non possunt, nisi in examine de principiis Philosophiae moralis, Iuris naturalis, Theologiae fundamentalis ac de Institutionibus iuris canonici rite satisfecerint;

d) qui lauream in Iure civili consecuti fuerint, curriculum Facultatis Iuris Canonici biennio conficere possunt, firma pro laicis obligatione examinis praescripti sub litt. c).

### 3° *In Facultate Philosophica :*

a) qui, studiis mediis classicis rite peractis, biennium philosophicum absolverint in schola superiore Philosophiae scholasticae, ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata, cui tamen non sit ius conferendi gradus academicos, recipi possunt, facto examine, in tertium annum Facultatis Philosophicae;

b) qui cursum Philosophiae scholasticae extra scholam, de qua sub litt. a), peregerint, curriculum Facultatis Philosophicae triennio conficere possunt.

à la Faculté de Droit canonique, subir un examen sur les Institutions de Droit canonique;

c) Ceux qui n'ont pas accompli les quatre années de théologie dont il est question aux lettres a) et b) ne peuvent être inscrits à la Faculté de Droit canonique s'ils n'ont pas satisfait comme il convient à un examen sur les principes de la Philosophie morale, du Droit naturel, de la Théologie fondamentale et sur les Institutions de Droit canonique.

d) Ceux qui sont docteurs en Droit civil peuvent suivre pendant deux années le cycle de la Faculté de Droit canonique, sous réserve de l'obligation, pour les laïques, de subir les examens prescrits à la lettre c).

### 3° *A la Faculté de Philosophie :*

a) Ceux qui, leurs études secondaires régulières terminées, auront suivi pendant deux années les cours de philosophie dans une école supérieure de philosophie scolastique approuvée à cette fin par l'autorité ecclésiastique, mais ne jouissant pas du droit de conférer les grades universitaires, peuvent être reçus, après examen, à la troisième année de la Faculté de Philosophie.

b) Ceux qui auront suivi le cours de philosophie scolastique en dehors de l'école dont il est question à la lettre a) peuvent suivre pendant trois ans le cycle de la Faculté de Philosophie.

3. — *Disciplinae tradendae et examina.**(Const. Apost., art. 33-34.)*

## ART. 27.

Disciplinae principales et auxiliares ab omnibus Universitatibus et Facultatibus tradendae hic subiciuntur, facta singulis Universitatibus et Facultatibus potestate aliquot alias disciplinas omnibus auditoribus praescribendi.

Pro Facultate Theologica, Iuris Canonici, Philosophica in *Appendice I*, his Ordinationibus adiuncta, recensentur, in modum exempli, complures disciplinae speciales et cursus peculiare atque indicantur aliquot eorum sectiones ad normam art. 33 § 2 Constitutionis Apostolicae.

## I — FACULTAS THEOLOGICA

1. — *Disciplinae principales :*

- a) Theologia fundamentalis;
- b) Theologia dogmatica;
- c) Theologia moralis;
- d) Scriptura sacra (i. e. Introductio et Exegesis Veteris et Novi Testamenti);

## 3. — Programmes et examens.

*(Const. Apost., art. 33-34.)*

## ARTICLE 27.

Les matières principales et auxiliares qui devront être enseignées dans toutes les Universités et Facultés sont énumérées ci-dessous, avec pouvoir pour chaque Université et Faculté d'imposer à tous les auditeurs quelques autres matières.

Pour la Faculté de Théologie, de Droit canonique, de Philosophie, dont il est question à l'*appendice I* ajouté aux présents règlements, on cite à titre d'exemple plusieurs matières spéciales et cours particuliers et l'on indique quelques-unes de leurs sections conformément à l'article 33 § 2 de la Constitution apostolique.

## I — FACULTÉ DE THÉOLOGIE

1. — *Matières principales :*

- a) Théologie fondamentale;
- b) Théologie dogmatique;
- c) Théologie morale;
- d) Ecriture sainte (c'est-à-dire Introduction et exégèse de l'Ancien et du Nouveau Testament);

- e) *Historia ecclesiastica, Patrologia, Archaeologia christiana;*  
 f) *Institutiones iuris canonici.*
2. — *Disciplinae auxiliares :*  
 a) *Lingua hebraica et graeco-biblica;*  
 b) *Institutiones systematico-historicae Liturgiae;*  
 c) *Ascetica;*  
 d) *Quaestiones theologicae ad Orientales maxime spectantes.*
3. — *Disciplinarum specialium et cursuum peculiarium exempla vid. in App. I, n. 1.*

#### II — FACULTAS IURIS CANONICI

1. — *Disciplinae principales :*  
 a) *Introductio in scientias iuridicas (Ius naturale, Philosophia iuris);*  
 b) *Normae Generales — Liber I Codicis I. C.;*  
 c) *De Personis — Liber II Codicis I. C.;*  
 d) *De Rebus — Liber III Codicis I. C.;*  
 e) *De Processibus — Liber IV Codicis I. C.;*  
 f) *De Delictis et Poenis — Liber V Codicis I. C.;*  
 g) *Ius publicum ecclesiasticum.*

- 
- e) *Histoire ecclésiastique, Patrologie, Archéologie chrétienne;*  
 f) *Institutions de Droit canonique.*
2. — *Matières auxiliares :*  
 a) *Langue hébraïque et gréco-biblique;*  
 b) *Institution de liturgie systématique-historique;*  
 c) *Ascétique.*  
 d) *Questions théologiques touchant surtout les Orientaux.*
3. — *Voir à l'appendice I, n° 1, des exemples de matières spéciales et de cours particuliers.*

#### II — FACULTÉ DE DROIT CANONIQUE

1. — *Matières principales :*  
 a) *Introduction aux sciences juridiques (Droit naturel, philosophie du Droit);*  
 b) *Normes générales. — Livre I du Code de Droit canonique;*  
 c) *Des personnes. — Livre II du Code de Droit canonique;*  
 d) *Des choses. — Livre III du Code de Droit canonique;*  
 e) *Des procès. — Livre IV du Code de Droit canonique;*  
 f) *Des délits et des peines. — Livre V du Code de Droit canonique;*  
 g) *Droit public ecclésiastique.*

2. — *Disciplinae auxiliares* :

- a) Institutiones iuris romani;
- b) Ius concordatarium (*ubi viget Concordatum*);
- c) Elementa iuris civilis vigentis;
- d) Historia iuris canonici (fontes, instituta, scientia).

3. — *Disciplinarum specialium et cursuum peculiarium exempla* vid. in *App. I, n. 2*.

## III — FACULTAS PHILOSOPHICA

1. — *Disciplinae principales* :

